





DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> PH<sup>I</sup>LOLOGICO-CRITICA  
QVA  
LOCA NOVI TESTAMENTI  
II. EP. PETRI C. II, v. 9 - 13.  
ET  
EP. IVDAE v. 8 - 10.

PER CONTINVAM Ανάκρισιν ET Σύγχρισιν  
EXPENDVNTVR.

---

HANC  
DEO CLEMENTER ANNVENTE  
PRAESIDE  
IMMANVEL HOFFMANN,

LINGVÆ GRAECAE PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,  
ET DVCALIS SEMINARII THEOLOGICI  
EPHORO,

PRO OBTINENDO GRADV MAGISTERII  
DIE SEPT. MDCCCLXII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM AESTIVO  
PVBLINE DEFENDET  
IOANNES FRIDERICVS WOLF, *Rietbenfis.*  
SERENISSIMI STIPENDIARIVS ET MAGISTERII  
PHILOSOPHICI CANDIDATVS.

---

TVBINGAE  
LITTERIS ERHARDIANIS.

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA

QVAT

LOGA NOVI TESTAMENTI

IL EP. PETRI C. II. V. Q. - 13.

ET

EP. IADAE V. 8. 10.

PER CONTINUAM VITAM ET MORTEM  
DIVINARUM

HANC

PRO CLEMENTE ANNATE

PRESIDE

IMMANUEL HOTTMANN

THEODORUS GREGORIUS HISTORICO-CRITICALIS

ET DIVERSI SEMINARI HISTORICIS

THEODORO

PRO ORTENSIO GRADA MAGISTERII

DIS. 284. NOV. 1744

IN ADOPTORIO HISTORICO-AESTATO

PARVUS DESSINUS

JOANNES TRIDERICIUS WOLFE. RISIGNA.

SERENISSIMI STUTTGARTIAE ET MONASTERII

PHILIPP

TABINGAE

LITTERIS ERVINDIVIS



B. C. D.



R eliquis Apostolis non minus, quam Paulo (a), sua  
esse duxerint, tam quoad res ac doctrinas in  
Scriptis eorum comprehensas, quam quoad  
stylum, quo istae exprimuntur, vel solum Caput secundum  
posterioris Epistole S. Petri & Epistole S. Iudæ, quæ illud  
manifestè respicit, ac in primis Pericope istæ, quas in frontispicio Dissertationis designavimus, abunde nos, institu-  
to illarum curationi examine, ac mutuâ utriusque colla-  
tione, docere possunt. Operæ pretium itaque nos factu-  
ros esse confidimus, si his ipsis per observationes quas-  
dam Philologico - Criticas lucis nonnihil adfundere cone-  
munt, palæstram simul hoc modo Prastantissimis Dominis  
Candidatis Respondentibus aperturi, in qua suam in hoc  
quoque studiorum genere eruditionem comprobare  
possint.

§. I.

(a) Cui Petrus ista tribuit 2. Ep. III, 16.

A



## §. I.

**I**uvabit, antequam ulterius progrediamur, loca Scripturarum, quae nostram deinceps exercebunt industriam, heic adpingere: II. Petr. II, 9 — 13. sic legimus: v. 9. οὗτος Κύριος, εὐσεβεῖς ἐν πειρασμῷ ῥύθμοις, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν<sup>a</sup> v. 10. μάλιστα δὲ ταχές ὅπιστος σφρόδες ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμὸς πορευομένους, οὐ πυριότητος καταφρονεύτας. Τολμηταὶ αὐτάδεις, δόξας ἢ τρέμεσι βλασφημεύτες<sup>b</sup> v. 11. ὅπε ἀγγελοι ιχνοὶ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, ἢ φερούσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κύριον βλάσφημον κρίσιν. v. 12. Ετοι δέ, οὓς ἀλογαὶ ζῶα φυσικὰ γεγενημένα εἰς ἀλωσιν καὶ φθοράν, ἐν οἷς ἀγνοεῖσθι βλασφημεύτες, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, v. 13. κομιζόμενοι μιασμὸν ἀδίκως. Et in Ep. Judæ v. 8. Οἱ μόνοι μέντοι καὶ ἔτοι ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαντεῖσι, κυριότητα δὲ ἀδετεῦσι, δόξας δὲ βλασφημεύσον. v. 9. οἱ δὲ μικαὶλοὶ ὁ ἀρχάγγελος, ὅπε τῷ διαβόλῳ διακριθόμενος διελέγετο περὶ τῷ μισέων σώματος, ἐκ ἐτόλμης κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' ἐπειν. Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. v. 10. Ετοι δὲ ὅσα μὲν ἐκ ὄδασι, βλασφημεύσοντα δὲ φυσικῶς, οὓς τὸ ἀλογαὶ ζῶα, ἐπίσενται, ἐν τέτοιοι φεύγονται. (b)

## §. II.

Quām egregiè justa *Analysis* eruendo horum locorum sensui genuino inferviat, postea experturi sumus; Dabimus itaque illam, & quidem, ope solius Grammaticæ, ex ipsis Textūs visceribus, ac indicis in eodem obviis

(b) Versiones horum locorum, in progressu dissertationis seu in partes vocandas, seu aberrationis a vero sensu arguendas, heic jam addere supersedemus.

obviis, legitime deductam. Quod 1) ad locum Petrum spestat, C. II, 1. per particulias & & arcte hoc Caput connectitur cum antecedente; Locutus erat Petrus de Apostolis, N. T. Doctoribus, C. I, 16—18. nec non de Prophetis, V. T. Doctoribus, v. 19—21. nunc inverso ordine his opponit Pseudoprophetas V. T. illis verò PseudoDoctores N. T. quibus utrisque C. III, 2. rursus opponit πάντα προειρένα ὑπὸ τῶν ἀγίων Προφητῶν, & τῶν τῶν ἀποσόλων ἐντολῶν. Hos PseudoDoctores N. T. primo breviter & nervose eodem versu 1. Cap. II. nec non v. 2. & 3. partim à culpa, quam sibi contracturi sint, perniciosa dogmata fovendo & propagando, partim à pœna, seu ἀπωλείᾳ, ipsos certò manente, describit, deinceps à v. 4—9. inverso ordine prolixius probat (c) certitudinem τῆς ἀπωλείας, & v. 10. sqq. ipsos demùm hæreticos illos sec. perniciosa sua dogmata & facta depingit; Mirabile sane artificium sapientiae apostolicae, præmisso pœnæ πυτυπώσῃ eò efficacius præmunientis animos fidelium aduersus hæreses istas.

### §. III.

Jam particula t. v. 4. ἀναταπόδοτος quidem esse videtur, nil enim sequitur, quod ad τὸ si expressam faciat apodosin; Unde sunt, qui omnino heic ἀναταπόδοτον, seu ellipsis consequentis in enunciato connexo, agnoscentem esse existimant, quale & occurrat Rom. IX, 22. ut v. g. CASTALIO, PISCATOR, CAMERARIUS, GERHARDVS, nec non ANT. BLACKWALLVS in Classicis SS. p. 61. Atque hi in hâc apologetesi ita apodosin supplet:

(c) Probationem jam sequi, docet particula γας v. 4.

A 2



plent: Si Deus angelis v. 4. si veteri mundo v. 5. si Sodomæ & Gomorrhæ non pepercit, excepto Loth, v. 6 — 8. utique nec, inò minus adhuc, parcer istis horum temporum improbis. Ne quis autem cum CLERICU HU-  
JUSMODI ἀναπόδοτα stilo apostolorum in vitio ponat, ad similia in Scriptoribus profanis optimæ notæ, ARISTO-  
PHANE v. g. CICERONE & VIRGILIO, obvia (d), provocant; Sed non putamus, opus esse hoc pharmaco; Hyperbaton hīc quidem est, sed non ἀναπόδοτον, h. e. apodosis quidem per multa incisa longius à protasi sejuncta est, sed tamen non planè deficit, quærenda quippe in v. 9. Exitii prædicti certitudinem illustrat Petrus & con-  
firmat inductione plurium exemplorum, cuius antecedens  
est v. 4 — 8. consequens v. 9. Ita nimirūm argumentatur apostolus: Si justus ille Judex, Deus, Angelos, si mun-  
dum veterem, octo tantum animabus exceptis, si incolas Sodomorum & Gomorrhæ, excepto Loth, tam hor-  
rendum in modum punivit, novit sanè etiam Is ipse ho-  
dienum, uti justos è tentatione eripere, ita injustos in  
diem judicii cruciandos asservare (e); Sic nullum est in  
oratione Apostoli vacuum, quod à Lectore demùm ex-  
pleri debeat, sic non opus est, ut cum ER. SCHMIDIO  
in γαγ vertamus, siquidem, quo pacto utique nulla in sqq.  
quærenda foret apodosis, sic omnium minime necesse ha-  
bemus, suspicari cum PISCATORE, quod in fortè ir-  
repserit pro *καὶ*.

#### §. IV.

(d) Vid. BLACKWALLVS loco cit. & GLASSIVS Philo-  
tol. p. m. 1212.

(e) Conf. A. H. FRANCKE in den Anmerkungen über ei-  
nige Oerter der heil. Schrift, p. 183. ubi simile hyperba-  
ton allegat ex I. Tim. I, 3. coll. 18.

## §. IV.

Duo itaque Petrus v. 9. ex præcedd. insert: primò, nosse Deum eripere pios ex tentatione, & secundò, eundem etiam nosse, injustos asservare in diem judicii, puniendos (f). Postquam verò tñw ἀδñow generatim meminisset, v. 10. ex illorum numero iis maxime (μάλιστα) Iudicium divinum denunciat, qui post carnem proficiuntur in cupiditate pollutionis (τὸς ὄπιος σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μαστιγίῳ πορευομένες) & qui dominationem aspernantur, (καὶ ποιότητος καταφρονεῖται) Atque hos duos characteres tñw ἀδñow in seqq. ulterius declarat. Quæri alias solet, quomodo duo nominativi, τολμῆται ἀνθάδεις, accusativis, πορευομένες & καταφρονεῖται, subjuncti, à Solcetissimi suspicione liberi rari queant? Haud ducimus consultum esse, α) eò heic configere, quod majestas divini eloquii spernat Leges Grammaticæ, hoc enim est sécare nodum, non solvere; Nec acū rem tangere β) nobis videntur, qui cum PISCATORE, WOLLO, SCHWARZIO, hæc verba pro exclamatiōne habent, signis exclamandi capropter munienda, h. m. Prob. homines audaces! homines sibi placentes! quasi exclamatio sit indignantis, ex abrupto præcedentibus adjecta, propter πάθος. Nil quoque nos cogit γ) cum BEZA, ESTIO &c. ellipsis heic statuere, itidem scribentis affectui tribuendam, ita ut subaudiatur pronomen relativum δι vel ὅπιως, & verbum substant. εἰσι. Non opus

(f) κολαζομένες est præsens pro futuro κολαθησομένες, uti C. III. II. λυομένων pro λυθησομένων; non ergo indigitanatur poenæ temporales, æternarum præludia, ut aliqui volunt, sed ipsæ inferni poenæ, quibus asservantur impii. Conf. v. 17. in fin.

A 3



opus est hāc spongia ad detergendam solocisni maculam, si, quæ jam dta) & genuina responsio est, nodum omnino solvens, dicamus, verba, Τολμηται αυθάδεις, novum ordiri contra, à præcedenti insignitè dispungendum (g). Sic enim hi nominativi omnino suum verbum finitum habent in τέρμασι, & solocisni suspicio prorsus evanescit. Scilicet propositionem faciunt verba comm. 9. & 10. hanc verò Petrus mox pluribus exponit & pertractat per χιασμὸν; Membrum secundum, (κυρίότητος παταρρούντας) inde à verbis: τολμηται αυθάδεις, (h) usque ad verba comm. 13. κομιζόμενοι μισθὸν ἀδικίας, inclusivè; membrum primum verò (ὅπισω σαρκὸς-πορευομένες) inde ab ὥδον v. 13. usque ad v. 17. inclus. in quā pericopā nominativi v. 13—15. verbum suum finitum habent v. 15. in ἐπλανθένοσι.

### §. V.

Hæc est Analysis loci Petrini: quod 2) ad locum *Judæ* attinet, paucioribus illa expediri poterit. Adverbium δύοδιος v. 8. Ep. *Judæ* sine dubio apodosin facit ad εἰς v. 7. (i) Com-

(g) Ut & B. BENGELIVS in textu suo græco hæc verba à præcc. magno intervallo distinxit.

(h) Quæritur: num commate distinguenda sint hæc duas voces? Editiones sanè vulgo illas dispungunt, sed rectè B. BENGELIVS monet, quin substantivum & adjективum copulentur, causam nullam esse; αὐθάδεια certè audaciam parit ac nutrit. Ad vocem αὐθάδην vid. RAPHELIVS in *Annot. Herodoteis ad Tit. I. 7.* scil. designat illa *bominem sibi pertinaciter placentem, bominem sui seniūs & capitūs, & ex superbia imperii, quin & moniti impatientem.*

(i) G. OLEARIVS quidem in *diss. de Angelis desertoribus & captiuis* hanc particulam antecedentia respicere, & similiter, non, *sicut*, reddendam censet, quod enim ista, non modo *εἰς* cum

Comparaverat s. IUDAS peccata Sodomæorum cum peccatis Impiorum sui temporis, in verbis comm. 7. τὸν ὄμοιον ἐτέρας, nunc vicissim hos illis comparat, ut eō manifestior sit justitia similis poenæ; Duos verò cum Petro characteres iisdem tribuit, primum hunc: σάρκα μὲν μάτησι, alterum verò, κυρόττα δὲ ἀθετούσι, δόξας δὲ βλασφημῶσι ille respicit. v. 7. hic in seqq. ulterius declaratur, v. 9, 10. ita quidem ut indignitatem facti efficacissimè demonstret. *Adversativa* δὲ v. 9. respondet τῷ μέρτοι v. 8. (k) eademque init. v. 10. antithesis facit ad εἰς ἐπόλυτος, κ. τ. λ. v. 9. uti in seqq. ad praecedens μέρ.

### §. VI.

Hisce jam præmissis ad ipsam textuum nostrorum considerationem nos convertimus, ita quidem, ut transmiso haec tenus primo charactere, qui perversos istos homines, cum quibus Petro ac Judæ h. l. res est, representat ac fidelium quorumvis detestationi exponit tamquam carni ad insaniam usque deditos, προενομένες quippe, ut Petrus ait v. 10. ὅπιστος σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ ματωμός, sive, ut Judas rem exprimit v. 8. tamquam ἐνυπνιαζομένες, σάρκα ματωμάτας ut, inquam, hoc transmiso, isti maximè cha-

cum accentu gravi scripta, sed etiam sine accentu hoc, quandoque id significet, probasse se putat in Obss. ad Matth. p. 210. s. Verum nimis aperte τὸν ὁμένον v. 7. & δύοις v. 8. sese mutuò respiciunt, nec D E V A R I V S in L. de Græcæ Linguæ Particulis, utut quamplurimos istius particulæ significatus undique conquisiuerit, hujus vel verbo meminit.

(k) μέρτοι enim hic significat quidem, non verò tamen, ut v. g. Joh. IV, 27. VII, 13. &c. Habet vim declarandi & asseverandi, nam pro διπτε, sane, utique, usurpari D E V A R I V S docet cit. libr. p. 204. s.



characteri inhæreamus, qui eosdem παραδεγματίζει tamquam homines, qui Dominationem spernant, & dignitates blasphemant. Uterque Apostolus ita hâc in re versatur, ut partim ipsum factum indignissimum atro carbone notet, partim verò indignitatem facti ob oculos sistat, & denique de funesto ejus eventu nonnihil subjungat.

### S. VII.

Indignissimum factum ipsum à Petro describitur in verbis: καὶ κυριότητος παταροφονέντας, τολμηταὶ ἀνθάδεις, δόξας ἐ τρέμεσι βλαεψημέντες, & à Iudâ brevius sic: κυριότητα δὲ ἀθετεῖσι, δόξας δὲ βλαεψημένοι. Uterque ponit abstractum pro concreto, ut Eph. I, 21. Col. I, 16. quemadmodum & Germani dicunt *Herrschaft* pro *Herr*. Quia autem, quid per κυριότητα & δόξας heic intelligendum sit? Sunt A) qui utramque vocem ad ipsam Deitatem referunt, & quidem vel ad Deum essentialiter spectatum, ita ut κυριότης denotet dominium Ejus universale in omnes res creatas, δόξαι verò attributa Dei, omnipræsentiam, omnipotentiam, omniscientiam &c. vel ad Christum, ut κυριότης innuat dominium Ejus, cuius respectu Petrus eum adpellet Δεσπότην, v. 1. & Iudas Δεσπότην καὶ κύριον, v. 4. δόξαι autem varios istos gradus Glorificationis Ejus, qui δόξαι in plur. Petro audiant I. Ep. I, 11. Placuit hoc posterius CALOVIO, qui & multus est in adstruendâ hâc sententiâ ad Judæ v. 8. Sed rationes allatae non stringunt. Alii B) de Angelis heic cogitant, iisque vel bonis, ut CLEMENS ALEX. ESTIVS, HORNEIVS, vel malis, quam sententiam E. BENGELIVS suam fecit, κυριότητα, dominationem in sing. dici existimans Principem Spirituum lapsorum, δόξας verò seu dignitates ceteros Spiritus lapsos; etiam eamque præcipuam rationem ipsi

ipsi suppeditat locus parallelus Judæ v. 9. ubi Apostolus judicium blasphemum, quod Petrus mox v. 11. contrâ dignitates ab Angelis ferendum negat, *Diabolo* ab Archangelo Michaële non illatum fuisse assert. *θοδαμ* inde repetit, quod uterque Apostolus, tam Petrus v. 12. quam Judas v. 10. clarè innuit, loqui se de creaturis, quas impii non noverint; Quò etiam referri posse videtur, quod Paulus Col. II, 18. eos, qui Cultum Angelorum urgebant, ἐπεισένειν ait, ἀ μὴ σάρκας. Rursum alii C) tam κυριότητα quam δόξας, de quibus Petrus ac Judas loquuntur, in terris quartunt *inter homines*, hincque a) HAMMONDVS respici putat *Apostolos* & Gubernatores Ecclesiæ, qui dicantur δόξη χριστοῦ 2. Cor. VIII, 23. quam interpretationem procul dubio, unà cum aliis multis, debemus zelo ejus pro Dignitate Episcopali; Melius b) calculos suos subducunt ii, qui per κυριότητα & δόξας intelligunt *Magistratum politicum*, sive dein cum GROTI & WITSIO per κυριότητα intelligent quemvis *Magistratum*, etiam inferioris ordinis, per δόξας autem eos, qui in summis sunt honoribus, Εποίης ἑπερχέσθαι Rom. XIII, 1. sive quod nobis quidem magis arridet, per κυριότητα ipsum Imperatorem Rom. & per δόξας reliquos magistratus civiles, Procuratores v. g. & Praefectos provinciarum, sic enim ratio potest reddi, cur in *singulari* primū, *dein* in *pluri* loquatur apostolus?

### §. VII.

Argumenta, quæ hanc sententiam præ aliis commendabilem reddere possunt, hinc ferè redeunt: a) quia κυριότης in sing. opimè tribuitur Imperatori Rom. qui κύριος καὶ ἔρχεται tunc dici sueverat, Act. XXV, 26. quando contrâ inter angelicos ordines etiam κυριότητες numerantur

B

tur



tur Col. I, 16. numquām unus aliquis angelus vocatur *κυριότης*, sed integer quidam ordo angelorum dicitur *κυριότητες* in plur. isque non præcipius, præcedunt enim ḥeōvōi, Eph. I, 21. autem additur *πάντες*, quod itidem pluri-  
litudinem infert. β) Nusquam Angeli dicuntur *δόξαι*, cum  
ē contrario apud Scriptores græcos frequentissimè *δόξαι*  
dicantur honores atque *imperia*, seu Magistratus, uti C E-  
R I C V S ad Hamm. obseruat, p. 607. (1) γ) Quia non  
constat ex Historiā Ecclesiasticā, cuiusse Apostolorum at-  
te ha reticos, qui detraherent angelis, aut iis minūs, quām  
par erat, tribuerent, quin & blasphemarent eos; Im-  
verò *Aenes*, quā voce *Gnſtivi* Angelos signabant, utram-  
que in horum Theologiā paginam faciebant; Unde &  
B E N G E L I V S in *Gnom.* ad 2. *Petr. II*, 10. se nescire fate-  
tur, quomodo Pseudo Doctores, quos Petrus & Judas  
notant, contari sunt, judicium blasphemum sibi arrogare  
in angelos malos? E contrario δ) facilius concipi potest,  
*existisse* isto tempore hæreticos, qui *omnem Magistratum*  
*civilem contemendum esse* docuerint; Cum enim Romani eo-  
ma-

(1) Dixeris forsan: *angelos* tamen videri posse *δόξαι* dici,  
quando passim legitur, Christum venturum esse *in δόξῃ*, ad  
quam utique & pertineat *comitatus Angelorum*; Sed n. an-  
gelorum comitatum illis ipsis in locis à *Gloriā* distingui,  
nam venturus dicitur *in Gloriā Patris & Suā* cum angelis,  
Matth. XVI, 27. Marc. VIII, 38. quod autem in loco  
parall. Luc. IX, 26. etiam angelis *δόξαι* videtur attribui,  
nondum probat, eos *δόξαι* aut *δόξαι* dici, alioquin & nos  
ē N. T. probare possemus, Regem Silomonem *δόξai* dici,  
quia *δόξa* illi tribuitur Matth. VI, 29. *Germani* certè haud  
raro Magistratibus suis tribuunt titulum *Herrlichkeit*, quam  
vocab & versio Reiziana, nec non Belgica h. l. adhibent,  
*κυριότητα* contra reddentes *Herrschaft*.

maximè tempore , quo Petrus & Judas Epistolas suas scriperunt, imperium obtinerent in florentissimam orbis terrarum partem , & Imperatorum jam aliqui, Tiberius v. g. Causus, Nero, illud summâ cum sævitâ & impietate administrassent , quid mirum ? si Pseudonymi Christiani, sub prætextu Libertatis Christianæ, Magistratus ethnicos contemserunt blasphemaruntque, illorum se imperio subducentes, & quidvis in illos tam verbis quam opere sibi licere existimantes (m); Pertinet huc vel maximè v. 19. hujus Cap. ubi Seductores isti ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλεσθαι dicuntur , & apud Judam v. 11. ubi ausus eorum nefarii comparantur cum Seditione Kore, qui contra Mosen & Aharonem rebellavit. Amicè etiam conspirat, quod Petrus jam 1. Ep. Cap. II, 13. 17. iisdem, quibus & 2da Epistola inscripta est (vid. C. III, 1.), obedientiam ergà Magistratus politicos inculcare , & contrà abusum Libertatis Christianæ protestari necessum duxit, ut adeò extantiora certè laesa majestatis humanæ quam angelicæ vestigia in ipsis Petri Epistolis reperiamus.

### §. IX.

Nec obstat ε) huic sententiæ, quod Petrus v. 11. Angelos dicat non tulisse judicium blasphemum adversus υἱούτων & δόξας, v. 10. memoratas, (ad has enim referendum est τὸ κατ’ ἀντὸν v. 11. ut infrà docebitur) Judas verò idem dicat de Michaële Archangelo ergà Diabolum , unde vi parallelismi υἱούτων & δόξας angelos malos , quorum Princeps sit Diabolus , denotare debeant. Agnoscimus, effatum Judæ Petrino in Summâ rei parallelum

(m) Vid. VITRINGA obss. SS. L. IV. C. IX. §. XXXVI.  
p. m. 1004.



lelum esse, sed urgemos simul manifestam inter utrumque  
discrepantium in accessoriis quibusdam; *Summa rei utrinque*  
*hæc est: audere illos homines*, quos atro haætenuis car-  
bone notaverant apostoli, quod ne angeli quidem facere  
fusinuerint; *Differentia* verò quædam in eo se prodit,  
quod Petrus Angelos (quorum NB. in genere memit it) à  
maledicendo abstinuisse ait in certamine cum Imperiis, quan-  
tumvis impius, *Judas* autem, amplius aliquid dicturus, ad-  
dit, Principem quoque angelorum, Michaëlem, (nendum  
inferioris ordinis angelos) ne tum quidem maledicendo  
judicium sibimet ipsi sumisset, ubi certamen habuit  
cum Diabolo, qui pessimo quovis Magistratu sine contro-  
versiâ pejor sit.

### §. X.

Qum blasphemare dicuntur hi homines à Petro  
v. 12. & Juda v. 10. quæ ignorant, phrasæ hæ: ἐν οἷς  
ἀγνοεῖται & ὅτα εἰς ἀδεττούσι, non necessariò cogitare nos ju-  
bent de Angelis, quasi æquè ac illa Col. II, 18. ἐν μητρόπολεσι,  
periphrasis essent angelorum, qui sint naturæ inconsipi-  
cuæ, ac proinde hominibus parum notæ; Aliud sanè est  
ἀγνοεῖν & εἰς εἰδήσεων, aliud μη οἶσθαι, nec pro parallelis planè  
hæ locutiones habendæ sunt; nam in iis etiam, quæ cetero-  
qui sub oculos cadunt, multa possunt ignorari, v. g. in  
*Magistratu politico* divina ejus origo, ac majestas, & re-  
verentia illi proinde debita, utilitas hujus Instituti divini,  
Arcana imperii, de quibus judicium sibi sumere temera-  
rium est, uti &c, num abusus potestatis summo magis Im-  
peranti, quam magistratui inferiori, aut v. v. huic ma-  
gis quam isti, imputandus sit? Hæc & alia hujusmodi h. l.  
respici, neutrum plurale, ὅτα, indicare videtur, quin  
& Col. II. τὸ & non satis commodè de naturâ Angelô-  
rum invisiibili accipitur, sed generatim innuitur adfectata  
scien-

scientia eorum, quæ de Angelis nescire nos voluit Deus,  
 & Gnosti tamen, vel certe illorum Prodromi, ita se  
 scire venditabant, ac si oculis suis vidissent, & tamquam  
 testes oculati testari possent, quid in mundo invisibili fiat?  
 Has ob rationes haud diffitemur verisimiliorem nobis vi-  
 deri hanc postremam sententiam, quæ per νυγότητα &  
 δόξας Magistratus civiles rām summi quam interioris or-  
 dinis intelligit.

### §. XI.

*Quod de contemtu illorum addit Petrus in verbo νυγότητας, id Iudas exprimit verbo ἀθετέιν, quod significatum quodammodo intendit; Proprie enim significat deponere, scil. ab officio, abrogare; Hūc nimis tendebat contemptus Magistratum apud homines istos, isque duo præcipue involvebat, ut nempe α) ipsam functionem Magistratus tamquam iniquam & Christianis indignam, Libertati Ecclesiae inimicam, atque a Diabolo inventam traducerent, dein β) homines eā dignitate præditos aspernarentur, eorumque manda & res gestas quaslibet in calumnia ac maledicentiæ materiam raperent, ut hodiernum homines ἀνυπότατοι facere solent.*

### §. XII.

Denique in descriptione facti indignissimi nec hoc  
 præterire fas est, quando Petrus δόξας, inquit, εἰ τρέμεσι  
 βλασφημῶντες, & Iudas, δόξας δὲ βλασφημῶσιν. A) Quid per δόξας intelligendum sit, supra exposuimus; Jam id  
 unum addidisse sufficiet, Vulgatum male hæc verba Petri  
 reddidisse: *Sectas non metunt introducere blasphemantes,*  
 α) enim δόξα & νυγότης h. l. aperte sunt species ejusdem  
 generis, adeoque δόξαι hīc non sunt *opiniones aut sectæ;*

B 3

Melius

Melius idem Interpres apud Judam verit: *majestas*, licet pluralem adhibere debuisset loco singularis. b) verbum *introducere* noviter intrusum est in textum, forte ad imitationem verbi παρεσάξεις N. 1. B) εἰ τρέμεται respicit præcedens substantivum πολυπάλη, nam specimen est *audacia*, non *tremere*, ubi *tremendum* erat; quād verò huic verbo additur participium, βλασφημεύντες, vel hoc positum est pro *infinitivo*, ut sāpe (n), quo paēto sensus hic foret: *majestates blasphemare* non horrent seu verentur, vel construendum est, non cum τρέμεται, sed cum δόξαι, ut sensus sit: *magistratus blasphemantes*, sive dum *blasphemant*, non *tremunt*. C) ad ipsum verbum βλασφημεῖν notandum est, CALOVIVM post alios ex eo arguere, quod κυρότης & δόξαι ad Deum ipsum vel Christum referri debeat; verū ab usu verbi ecclesiastico, qui utique crimen læsæ majestatis divinæ infert, non concludere licet, ubique innui *blasphemiam*, rigorosè sic dītam; Sāpe enim indigitatur illo *maledicentia* in genere, quā famam alterius lādimus, nam βλασφημεῖν est βλάπτειν τὴν φήμην, vid. Rom. III, 8. 1. Cor. IV, 13. Tit. III, 2. Eph. IV, 31. 1. Petr. IV, 4. Quid? quod *blasphemia* in *Magistratus*, *Dei* vicem gerentes, in ipsum quoque *Deum* redundet.

### §. XIII.

Facto ipso graphicè depicto, uterque Apostolus indignitatem ejus demonstrat; Petrus hoc modo: *Audaces isti & superbi contemnunt & blasphemant Dominationem & dignitates, cum tamen ne angeli quidem audeant, iudicium maledictionis in eas ferre; Judas sic: Dominationem spernunt, &*

(n) Vid. GLASSII Ph. S. p. 926. f. 932. f.

¶ ¶ ¶

& dignitates blasphemant, Archangelus vero Michaël ne Diabolō quidem maledicere ausus est. Jam expendamus singula utriusque verba, & primò quidem Petri è v. II. ἡπερ  
græca hæc particula, æque ac latina, ubi, quandoque valet cùm, ut I. Cor. III. 3. quod etiam PLVTARCHO,  
ISOCRATI & DEMOSTHENI in usu esse, STEPHANVS in Thes. exemplis probat (o). ἄγγελοι boni scilicet,  
è quibus Judas v. 9. speciatim Archangelum Michael memorat. Suprà v. 4. vocabulum generale ἀγγέλων, restringendum est ad angelos malos, uti hic ad bonos, ut inque ex materia substratā; ιχνοὶ καὶ δυνάμεις μείζονες ὄντες. ιχνός notat robur naturæ, δύναμις potentiam dignitatis, unde LUTHERVS optime expressit: Stärke und Macht; Comparativus μείζονες non est referendus (p) ad reliquos angelos, quasi intelligentur angeli, præ aliis angelis robore ac potentia valentes, e. g. Archangelus Michaël Judæ v. 9. sed vel ad PseudoDoctores, Magistratus blasphemantes, ut GERHARDVS & LANGIVS volunt, vel ad κυριότητα & δόξαν v. 10. Prius si placeat, sensus hic erit: audaculi isti audent, quod ne angeli quidem, ipsis longe potentiores, umquam sunt ausi; Si posterius, tum hoc vult apostolus: Etsi plus possint ac valeant angeli, quam potentissimi inter homines, scil. Reges, aliquique Magistratus in mundo, judicium tamen in hos ferre non sustinent, nec iis maledicunt; ita GROTIUS, GOMARVS &c. quibus & nos adstipulamur ob sequens καὶ αὐτῶν, quod pariter respicit κυριότητα & δόξαν, uti jam nunc probabimus.

#### §. XIV.

(o) Conf. ER. SCHMIDIVS ad h. I.

(p) Cum DODDRIDGE in Paraphrasi hujus loci.



## §. XIV.

Pro & φέρει, quod Petrus habet, Judas utitur composito ἐπιφέρειν, manifesto arguento, quod φέρειν h. l. non significet portare, sed alteri inferre, intorquere. οὐτὶς ἀντῶν) Sunt a) qui pronomen relativum h̄c possum purant pro reciproco, ἀντῶν pro ἀντῶν seu ἰαντῶν; VULGATVS certe & ARABS vertunt: adversum sē, quos fecutus Codex Steph. οὐ ex οὐτῶν fecit οὐτῶν, & οὐτῶν Editor N. T. Græco-anglicani, à quā lectione nec HOMBERGIVS videtur alienus esse; LVTHERVUS pariter verit, wider sīch, Vulgati sine dubio fide. Triplex autem sensus emergit, si ἀντῶν reciprocē accipiamus: α) mus hic est: Angelos, (malos scil.) non portare, sustinere, judicium blasphemum, seu execrabile, ut Vulgatus verit, adversus sē latum à Domino; sed recte οὐ regerimus: sic nullam adparere connexionem inter v. 10. & 11. sive per υπότητα & δόξας v. 10. angelos intelligamus, sive magistratus humanos; qualis enim h̄c foret illatio: angeli mali non sustinent judicium execrabile adversus sē latum à Domino, E. homines abstineant à conviciis in illos, vel: E. magistratus civiles non sunt conviciis proscindendi? β) quod φέρειν h̄c non significet, portare, sufferre, sub initium hujus Šphi jam monuimus. γ) Βλάσφημος ineptè vertitur execrabile; υπότης Βλάσφημος, seu, ut Judas v. 9. habet, υπότης Βλάσφημας nil aliud notat, quam Judicium, maledicendo adversus aliquem latum. δ) παῖς cum dative, ut h̄c παῖς υπότω, non significat à Deo, sed apud Deum. Alii β) hunc faciunt sensum: angelos bonos non ferre judicium blasphemum contra angelos malos apud Dominum adversus sē, h. e. quia purissimæ ipsorum naturæ adversum foret, os suum angelicum execrando contami-  
nare,

nare, sed coactum hoc esse, in aprico est; Unde alii γ) ναρ' αὐτῶν, retento sensu reciproco, vertunt: *adversum se mutuò*, h. e. alias aduersus alium, suæ naturæ & generis socium, quâ ratione sensus hic foret: Angelos bonos non ferre iudicium in malos ob communionem naturæ angelicæ, quæ inter ipsos obtineat, ne suam in iis naturam conviciis proscindant; Verum & hoc longius quæsitum est, neque hanc ob causam angelii boni à iudicio in malos abstinent, sed ideo solùm, quoniam arrogare sibi verentur, quod Dei Reservatum est, unde mox additur: *coram Deo*, supremo Judge. Præstat igitur b) retinere sensum vocalæ αὐτῶν relativum, eamque referre ad *κυριότητα* & *δόξας* v. 10. ubi, si per eas intelligas angelos malos, sensus hic erit: Angelii boni non ferunt iudicium maledicuum seu cum maledictione coniunctum aduersus angelos malos, quanto minus nos homunculi id facere sustineamus? Si autem magistratus humanos, summi & inferioris ordinis, hoc volet apostolus: audaces illi magistratus blasphemare haud verentur, cum tamen ne angeli quidem umquam tale quid ausi sint.

### §. XV.

Phrasis: παρὰ νυγίω, apud Dominum, exulat è Codice Alexandrino, & Stephanico γ, nec in versione latinâ, syriacâ, æthiopicâ & copticâ legitur, quod illi respondeat; παρὰ tantum omittit Cod. Petavianus 3. & pro παρὰ νυγίω 4. Codices apud MILLIVM, quibus BENGELIVS 5<sup>um</sup> addit, habent παρὰ νυγίς. Millio proinde scholion sunt hæc verba, in Prolegg. §. 801. consentiente GRO-TIO ad h. l. BENGELIVS autem illa tuetur, nam præter Codices longe plurimos, qui illa exhibent, favet illis etiam hoc, quod Judas in loco parall. pariter νυγίς meminit, cui reliquerit Michaël iudicium. Norunt quippe

C

Angeli,



Angeli, magistratus humanos Domino subesse, tamquam Judici suo, indeque, Jus ejus majesticum reveriti, abstinent à Judicio *in ejusdem praesentia ferendo.* Βλάσφημος χριστιανός in fine comm. II. quid noret, §. XIV. jam monstravimus; Ac sane ipsa Sacra Scriptura testatur, Angelos, cum de Regibus ac Principibus, etiam impiis ac flagitiosis locuti sint, numquam nisi modeste, non cum maledictis, locutos esse, e. g. Dan. IV, 10 ss. it. v. 27. X, 13. & Cap. XI, XII. passim; nimurum ipsis quoque reverentiam exhibent potestati, quam Deus illis concessit (q).

### §. XVI.

Petrum haec tenus indignitatem facti probare audivimus è contrario exemplo *modestiae Angelicæ erga Magistratus humanos*; nunc & *Judam* audire juvabit, qui v. 9. eandem probat ex *modestia ipsius ad eum Archangeli Michaelis erga Diabolum.* Traetatio hujus commatis IV. potissimum momentis absolvitur; Disquisendum est I.) Quis sit ille *Michaël Archangelus*, de quo Judas loquitur? II.) quid intelligi debeat per *corpus Mosis*, quod objectum fuisse dicitur Certaminis inter *Michaëlem & Diabolum?* III.) quomodo Archangelus *Michaël* in hoc certamine *sese gesserit erga Diabolum?* & IV.) denique, num exemplum hoc probet, quod probandum erat?

### §. XVII.

Qu. itaque I.) Quis sit ille *Michaël Archangelus*, tam hic, quam Dan. X, 13. ubi *Michaël* appellatur מִיכָּאֵל הַרְאֵל, unus è *Principibus primariis*, & eodem Cap. v. 21. ubi simpliciter רֹאשׁ, *Princeps* dicitur; porro

(q) Ita GROTIUS ad locum nostrum.

porro Dan. XII, 1. ubi vocatur מֶלֶךְ גָּדוֹל, Princeps ille magnus, & in N. T. Apoc. XII, 7. ubi ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀντὸν dimicasse perhibentur adversus τὸν Δακόντα καὶ τὸν ἄγγελον αὐτὸν, cui loco aliqui, idem in N. T. adjiciunt locum in Thess. IV, 16. ubi simpliciter Archangeli mentio fit, cuius cum voce venturus sit Dominus, nullo adhibito nomine hujus Archangeli proprio; Sunt 1.) qui in omnibus hisce locis Michaelis Archangeli vel solo etiam Archangeli nomine designari putant Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Angelorum Creatorem & Angelam Fœderis; Ita ER. IVNIVS, PAREVS, COCCEIVS, CLOPPENBURGIUS, WITSIVS, quorum hic integrum dissertationem huic quæstioni impendit, Miscell. T. II. Exerc. IV. (r)

### §. XVIII.

Dabimus præcipuas rationes hujus Interpretum partis, ac singulis, quæ pars aduersa respondeat, subjungemus. Dicunt A) ipsum nomen Michael in omni suâ εμφάσει non nisi Christo competere, sive dein interrogative exponas: quis est sicut Deus ille? sive, quod magis ad rem facit, affirmative: qui est sicut Deus ille; (s) sed nimium probat hoc

ar-

(r) Add. VITRINGA in Anacr. Apoc. Job. ad C. XII, 7. Operose quoque hanc causam egit ERN. FRID. NEVBAVER, Prof. Gieff. in IV. Dissertationibus, quæ autem jam non sunt ad manus.

(s) οὐ enim non modo significare quis, sed etiam qui, patere putant ex Judic. VII, 3. Coh. V, 9. Jam quod primum locum attinet, verti quidem is potest: quisquis timidus est & trepidans, revertatur, sed vel sic inest interrogatio, licet indefinita, quam definite exprimunt

C 2

LXX.



argumentum; Sequeretur enim, multò minus id nomen  
hominibus tribui posse, quod tamen factum legimus Num.  
XIII, 13. & alibi saepe. B) Cum Scriptura unum modò  
*Archangelum* doceat, nonnisi in numero singulari de illo  
loquens, & antonomastice quidem, i Thess. IV, 16.  
recte per illum intelligi putant angelorum omnium Principem ac Dominum, de quo sermo sit Col. II, 10. Hebr. I, 6,  
I. Petr. II, 22. R. a) ad *antecedens*, non adeò confare,  
quod unus tantum sit Archangelus, nec plures; Certe  
locus i. Thess. IV. adeò non probat unitatem, ut potius  
haud obscurum pluralitatis vestigium in eo deprehendatur;  
Dicitur enim, ἦ θεοῦ ἀρχαγγέλος, eines Erzengels; hoc demum innueret  
Archangelum antonomastice tamē, & sui generis unicūm,  
illud verò innuit unum ex archangelis (t). b) fallit  
etiam consequentia, cum non minus Archangelus dici queat  
creatus aliquis Angelus, quam Beelzebub ὁ ἀρχάριος δα-  
μός dicitur Matth. XII, 24.

### §. XIX.

Instant C) Angelos bonos Apoc. XII, 7. dici *Ang-  
elos Michaëlis*, cum autem Angeli alium Dominum, alium  
Principem, cuius Angeli sint, & dicantur, nullum ha-  
beant agnoscantque præter Christum, necesse omnino  
esse,

LXX. τίς δειλὸς καὶ φοβόμενος; ἀποστροφήτω. Atque sic in  
altero quoque Ὡ per τίς vertunt, ut sensus fit: & quis  
amans est, seu amat, habere multitudinem? non pro-  
ventus, scil. erit ipsi. Quà ratione textus uterque simul  
querit & sibi ipse respondet.

(t) Vid. BENGELII Gnom. ad h. I.

esse, ut Christus sit ille Archangelus Michaël. Sed limitanda est *minor* propositio: Concedimus, Angelos præter Christum nullum alium agnoscere Dominum *superimum*, sed eodem proptereum nullum agnoscere posse Christo inferiorem ac se *omnibus* tamen superiorem, negamus. Possunt certe vel omnes Angeli vel certus eorum numerus Michaëli subesse ut Principi, quem Christus eis præfecit; nam & Draconi sui sunt angeli, Apoc. XII, 7. Urgent D) Michaëlem Dan. XII, 1. vocari *Principem illum magnum*, qui pro populo Dei stet, hunc autem alium esse non posse nisi Christum, qui *Angelus Dei* audiat, isque *Dux Israëlis* Jos. V, 14. Exod. XXIII, 20. Esai. LXIII, 9. At in hoc argumento claudicat *consequentia*: Quid enim obstat, quo minus Princeps aliquis Angelorum unius etiam populi, scil. Israëlitici, Princeps, qui res illius curet, à Deo constitutus esse creditur, æque ac ibidem Diabolus aliquis Regno Persarum præ aliis infestus fuisse dicitur? & nonne Michaëli *alii* Principes, iique *primarii*, junguntur Dan. X, 13?

## §. XX.

E) tum argumentum eis suppeditat Apostolus Judas in ipso hoc loco nostro, quando Michaëli eadem attribuit verba: *Increpet te Dominus!* quæ Propheta Zacharias Cap. III, 2. *Angelo*, qui est *Jehovah*, tribuit, hinc enim recte sibi colligere videntur, Michaëlem Archangelum esse *Angelum Jehovahm*, i. e. Christum. Verum enimvero apud Zachariam neque Michaëlis neque Archangeli nomen exstat; nil itaque inde inferri potest, nisi existere Angelum Jehovah, qui & ipse Jehovah sit, quis autem hoc negat? queritur duntaxat; an Michaël sit iste Angelus Jehovah? Id verò neque ex Zachariâ probari potest, ob

C 3

ratio-



rationem modò allatam, neque ex collatione Judæ cum Zachariâ; Largimur, Judam ad Zachariæ locum respe-xisse, quamvis sint, qui ægre id admittant, negamus au-tem, Judam narrare eandem, quam Zacharias, histo-riam; Vix ullâ aliâ in re Judæ cum Zachariâ convenit, quâm in verbis: *Increpet te Dominus!* Cetera omnia dis-sonant, quin & *in ipsâ increpandi formulâ* discrimen obser-vat *Dignis.* BVRKIVS in Gnom. ad Zachariam (u). At-que sic liquere jam reor, sententiam de Michaële Arch-angelo, ipso Filio Dei, omnibus licet machinis adhibitis, vix tamen ac ne vix quidem tueri se posse.

### §. XXI.

Alii proinde 2.) rectius sub Michaële Archangelo quærunt *Angelum creatum*, cui tamen à Creatore präfe-  
Etura quadam in ceteros, aut certum eorum munerum,  
concessa sit. A) <sup>mum</sup> argumentum subministrat locus pa-  
rallelus 2. Pet. II, 11. ubi de *ἄγγελοις* in plur. adeoque de  
angelis creatis sermo est, è quibus Judam deiticeps *unum*  
speciatim nominare voluisse, vero est simillimum. B) *Mo-desia*, quam phrasis, *ἐν ἑράμησε*, prodit, angelum crea-tum magis decebat, quâm *increatum*; quæ verò ad emol-liendam hanc phrasin, ne Christi maiestate videatur indi-gna, nonnulli adferunt, infrâ diluemus. C) 1. Thess.  
IV, 16. Paulus *Archangelum à Christo* palam discernit, quan-do

(u) Verba hæc sunt: *Angelus creatus Michaël, apud Judam*  
*cit. loco, tantùm ausus est optativè dicere, increpet te Do-minus!* Sed *Angelus Jebovæ, ipse Jebovab, arcani divini*  
*consilii plane consicus, etiam in indicativo dicere potest, in-*  
*crepabit te!*

do Dominum, h. e. Christum, cum voce Archangeli ait è celo descensurum esse; Excipit quidem CLOPPENBURGIVS, evanescere distinctionem Christi ab Archangelo, si dicatur, simile hic esse dictioris schema, quale I. Sam. III, 21. legimus, ubi *Jehovah* Samuel in Siloh se manifestasse dicitur in verbo *Jehovæ*: quemadmodum scil. hic, in verbo *Jehovæ*, exponi debeat, in verbo suo, ita & Paulum per celevsma & vocem Archangeli, nec non Dei tubam, intelligere celevsma, vocem, & tubam ipsius Christi Domini, quā in glorioso isto adventu suo se demonstratus sit & *Archangelum*, seu Principem angelorum, & *Deum*. Sed coacta hāc esse, nemo non videt, nec interpretationi huic bene convenit cum loco parallelo Matth. XXIV, 31. ubi vox tube angelis attribuitur à Christo, qui & eos se missurum esse testatur; Ac sane tuba decorè magis est in manu & ad os *Ministri*, quām ipsius Domini & Regis, quare & in *Apocalypsi* ad singulos divinorum Judiciorum actus Angeli, non verò ipsemet Christus, tubis canentes audiuntur (x).

### §. XXII.

D) Dan. X, 13. Michaël dicitur unus Principum primorum; Jam per *Principes Angelos* notari certum est; Primi Principes sunt præcipui inter angelos, gloriâ, auctoritate & potestate præ ceteris eminentes; Eorum autem unus si Michaël sit, oportet, ut ejusdem cum iis sit ordinis, licet fortassis gradu aliquo superior. Neque lucrantur quidquam dissentientes, <sup>¶</sup> non vertendo unus, sed primus, ut Gen. I, 5. Præterquam enim, quod absque neceſſi-

(x) Ita WITSIVS ipse Misc. T. II. p. 129. f.

necessitate sic recedatur à communi & ordinariâ vocis hujus significatione, hincque non sequatur secundus, tertius, uti citato loco *Genesios*, revera res eodem reddit, cum primus Principum primorum utique ex numero & ordine eorum sit. Majori specie blanditur hæc exceptio: quod Christus, Angelus ille Interpres, יְהִי רָאשׁוּן, dicatur unus ex mille Hiob. XXXIII, 23. neque tamen idcirco dici queat ejusdem cum hisce ordinis esse; Sed alienus est hic locus, nam mille isti sunt angeli quidem, sed non *angeli interpres*, heic verò Michaël dicitur unus Principum primorum, quo ipso reliqui omnes eidem pares declarantur in eo, quod & que ac ipse sunt Principes primi. E) Ut Dan. X, 21. Michaël Gabrieli, ita hic mox v. i. C. XI. Michaëli suppeditas tulisse dicitur; Malè ergo consultur honori Christi, si is credatur h. l. Michaëlis nomine indigitari. F) Locum Apoc. XII. quod attinet, vix dubitare licet, Michaëlem v. 7. alium esse, quam Eum, qui v. 5. vocatur filius, virgâ ferreâ gentes pasturus, v. 10. Christus Dei, & v. 11. agnus. Maneat itaque Michaël Archangelus, quem Textus noster sonat, *Angelus creatus.*

§. XXIII.

Progedimur jam II.) ad alterum momentum, in-  
vestigaturi, quid intelligi debeat per *Corpus Mosis*, quod  
*objectum* fuisse dicitur certaminis inter Michaëlem & Dia-  
bolum? I.) *Certamen ipsum*, ad praescindendam humani  
ingenii curiositatem, quae rimari magis quam mirari solet,  
breviter ac nervose describitur in verbis: ὅτε τῷ διαβόλῳ  
διαπρόμενος διελέγετο. Observamus heic A) quamvis parti-  
culâ ὅτε generalissime notetur *tempus*, quo facta sit illa  
disceptatio seu altercatio Archangeli Michaëlis cum Dia-  
bolo,

bolo, propius tamen illud definiri posse ex argumento disputationis; Cùm enim *super Corpore Mosis* orta sit illa, *post mortem ejus* eadem facta sit oportet. B) Διάβολος, cum articulo, notat Principem malorum Dæmonum, juratum Archangeli Michaëlis hostem, vid. Apoc. XII, 7. C) Verbum διανοιῶσι various sustinet significatus; Etiam in N. T. sapissime notat dubitare, Matth. XXI, 21. Marc. XI, 23. Act. X, 20. XI, 12. Rom. IV, 20. XIV, 23. Jac. I, 6. nonnumquam discernere, Jac. II, 4. & in hac ipsa Iudæ Epistola v. 22. adde Act. XV, 9. ubi activum διανοιῶσι eodem sensu usurpatum; quandoque vero etiam altercari, disceptare, ut Act. XI, 2. & hoc loco. D) διαλέγεσθαι significat colloqui, differere, Act. XVII, 2, 17. XVIII, 19. XIX, 9. XXIV, 12, 25. Ebr. XII, 5. Cum vero hoc posterius verbum etiam familiare colloquium denotet, ut v. g. c. l. Ebr. XII. prius addidit Judas, ut acrem fuisse illam disceptationem significaret, nam διανοιῶσι Hesychio idem est, quod μαχεσθαι. Habemus ergo hic certamen verbale inter Michaëlem & Diabolum, reale per πολεμον̄ describitur Apoc. XII, 7. ss.

#### §. XXIV.

2.) Objectum certaminis indicatur verbis: πεπὶ τῷ Μωϋσὶ σώματος. Qu. autem, quid per *Corpus Mosis* h. l. intelligendum sit? utrum proprio accipi debeat de *Corpore Mosis* physice spectato, an impropre & figurate de *Corpore* aliquo mystico, quod certo sensu dicatur *Corpus Mosis*? cuius questionis decisio etiam statum controversiarum inter Michaëlem & Diabolum determinat. Facimus initium A) ab iis, qui hoc certamen allegorice interpretantur, tam prout à Zachariâ, quam prout à Iudâ

D de-



describitur, pro certo ponentes, hunc illum respicere,  
 ex eoque hanc historiam desumisse; quam sententiam,  
 si sufficienter posset probari, id protectò commendabili-  
 lem redderet, quod hāc ratione non opus foret, ad Li-  
 brum aliquem Apocryphum V. T. vel ad Traditionem  
 Judaicam, vel ad immediatam revelationem, tamquam  
 fontem, ex quo hauserit ista Judas, confugere; Ita verò  
 suas illi rationes subducunt: Sunt a) qui nomina, *Michaël Archangelus* & *Satan* seu *Diabolus* in significatu suo  
 proprio relinquentes, nisi quod *Michaël* ipsis sit *Christus*,  
 solam phrasim *οὐπα Μωϋσεως* metaphorice accipiunt; At-  
 que hūc pertinet  $\alpha$ ) F. R. IVNIVS, in Parall. SS. sub fin.  
 cui *Michaël Archangelus* est *Christus*, Deo plane aequalis,  
 & Princeps Angelorum, Zach. III, I. Angelus Jehovæ,  
 & v. 2. Jehovah propterea dictus; *Diabolus* apud *Judam*,  
 & *Satan* apud *Zachariam*, ex ipsis non minus quam  
 receptā sententiā est Caput angelorum lapsorum; *Corpus*  
 autem *Mosis* non proprie sed figurate accipi debere exi-  
 stimat, videlicet non de isto corpore, quod in monte  
 Nebo, in vertice collis, qui situs est ē regione Hierichun-  
 tis, mortuum, in valle terræ Moabiticæ à Deo sepultum  
 est, ut legitur Deut. XXXIV, 6. sed de veritate ac com-  
 plemento *Legis à Mose datae*, cuius complementi, quod  
 est in *Christo*, & *Corpus* adpellatur in oppositione ad um-  
 bras Leviticas Col. II, 17. antitypus fuerit *Josua*, Sacer-  
 dos maximus, cuius adversarius erat *Satan* Zach. III, I.  
 Atque ab hāc sententiā in summā rei non longe abeunt  
 IO. VAN DER WAYEN, PETR. VAN HOECKE, &  
 RVARD. ANDALA, quibus corpus *Mosis* est *corpus um-  
 brarum Leviticarum*. Pertinet hūc  $\beta$ ) H. HAMMON-  
 DVS, qui corpus *Mosis* interpretatur de *Populo Israelitico*;  
*Id enim*, inquit, *de quo disceperunt Michaël & Diabolus*,  
*fuit*

fuit *instauratio Hierosolymæ & Cultus divini publici inter Judeos*; *Corpus Mosis autem vocatur à Iudæo populus Iudaicus ex usu apostolorum*, qui *populum Christianum adpellare solent Corpus Christi*; *Provocat etiam ad II. Macc. XV, 12.* ubi *Onias legitur orasse pro toto corpore Iudæorum*, de quo loco tamen non admodum habet, quod sibi gratulari queat, cum in Græco legatur: τῷ παντὶ τῷ Ἰσδαιῶν οὐσίατι, non verò σώματι γ) accensendus quoque est huic classi *Anonymus* ille apud WITSIVM, Mel. Leid. p. 483. qui per *Corpus Mosis* intelligit *Legem Mosis*, seu *Systema Legum Mosaicarum*, quod æque adpellari queat *Corpus*, ac *Systema LL. civilium Corpus Juris*; quo supposito evincere conatur, reverè Michaëli & Diabolo disceptationem fuisse super *Lege Mosaicâ*; vid. WITSIVS c. 1.

### §. XXV.

Uti verò *Auctores*, §. pho præced. nominati, omnes ex parte saltem Dicta nostra metaphorice exponunt, ita b) alii longius procedunt, ac totum hoc Certamen, tam quoad partes litigantes, quam quoad argumentum seu materiam disceptationis hoc modo interpretantur. a) *Partes litigantes* ipsis, ab unâ parte, sunt *Michaël aliquis*, h. e. *Principis* tūm temporis populi Iudaici, *Serubabel*, qui *Archangelus* dicatur ceu primarius Dei Cyrique Legatus, ad promovendam Hierosolymæ Cultusque Sacri restitutio-  
nem missus, unâ cum *Josuâ*, Summo Sacerdote, quem admodum ex Esra & Nehemiæ historiâ constet; ab alterâ verò parte *Διάβολος & Satanás*, h. e. *Judæorum adversarii* apud Regem Persarum, *Tattenai & Schtarbofnai*, Sy-  
riæ Judæaque Præsides, qui restorationem Urbis Tem-

D 2

plique



plique quovis modo impedire conati sint, & quibus Serubabel *modestissime* responderit, Esr. V, 11. ss. 8) *matrem* certaminis faciunt non corpus Mosis propriè ac physisè sic dictum, sed *figuratum & politicum*, nempe Rempublicam V. T. judaicam, quæ *corpus Mosis* dicatur, quod Mediator illius testamenti & caput istius populi Moses fuerit, æquè ac Ecclesia Christiana *Christi corpus* appellatur, quia Christus Mediator & Caput illius est; Ita H. B. STARKIUS in Not. Sel. p. 159. qui sibi vel ex toto vel ex parte consentientes laudat I. A. SCHMIDIVM in Disp. de *Morte Mosis* §. 44 - 62. B. H. GEBHARDVM in Comment. ad b. l. G. OLEARIVM in Diff. de *Transfiguratione Christi* p. 20. & in primis I. V. HEYDENIVM in Disp. de *Resuscitatione Mosis* §. 16 - 27. E recentioribus calculum adjecit IAC. CARPOVIUS *Theol. Dogm.* P. I. §. 1165. Schol. IV. 10. CLERICVS autem in *Notis ad Ham.* licet in reliquis ὄμοιψησ, in eo tamen suo fruitur ingenio, quod Angelus ei non est Serubabel, sed propriè *Angelus Domini*, cuius ministerio Deus illorum Præsidum, Judæis adversantium, calumnias & molimina infregerit.

### §. XXVI.

Quamquam verò omnes modò allatae expositiones allegoricae ingenium spirent, magis minusve, alii tamen B) impetrare à se nequeunt, ut sensum horum Dicitorum literalem, proprium ac nativum, Lectori ex naturali distinctionis genio sponte se offerentem, deserant, ac propterea statuunt, totum hoc Certamen propriè ac secundum literam ita contigisse, prout abs Judâ narratur. Dabimus a) rationes eorum contrà interpretationem *allegoricam*, b) interpretationem *literalem* cum rationibus suis.

a) Al-

a) Allegoriam ideo non admittendam censent, quia <sup>a)</sup> per principia hermenevtica (y) à sensu literæ non est re-cedendum, atque ad tropicam significationem devenien-dum, nisi evidens & summa id postulet necessitas; Talis autem non est quævis adparens difficultas, aut incommo-dum aliquod imaginarium, sed si propria significatio ma-nifestè absurdii quid contineat, aut tot laboret difficultati-bus, ut improppia præferenda sit; Atqui historia Judæ, propriè accepta, <sup>b)</sup> nil aliud incommodi habet, quam quod nullibi in S. Codice legatur, adeoque Judas à re Christianis Exjudæis ignotâ, & per ipsum demùm reve-latâ, argumentetur; Sed si hæc tantum difficultas sensum proprium premat, quod nusquam in V. T. paginis hæc contentionis angelica historia legatur, ratio fontica non-dum adest, cur allegoricè sit interpretanda; quis enim ignorat, dari ἀπάξ λεγόμενα, quæ sanè omnia hoc modo metaphoricè exponenda ferent, quod absurdum; Deinde non sequitur: hoc vel illud in V. T. non legitur, Ergo Judæis planè ignotum fuit; Potuerunt enim per traditio-nem vel alio modo aliquid de eo inaudivisse; neque etiam in se absonum est, argumentari apostolum à facto, per ipsum demùm revelato. <sup>c)</sup> quid, obsecro, absurdi inest huic relationi è mundo Spirituum, quod Angelus aliquis Bonus ac Malus disceptaverint aliquando de Corpore Mo-sis, cum aliunde satis constet, multum tamen illis quam his in res humanas potestatis esse? Hominibus, mundo vi-sibili immersis, res mundi invisibilis non admodum familiares sed peregrinas esse, haud mirum, neque tamen propterea pro grandibus absurdis statim reputandæ sunt, aut manifestatio illarum refugienda.

### §. XXVII.

(y) Vid. I. I. RAMBACHII *Instit. Herm.* S. p. 58. ss.

D 3



## §. XXVII.

¶) Præcipuum, si non unicum, causæ sive præsidium Interpretes allegorici quærunt in Parallelismo loci Zach. III, 1. 2. quem tamen per omnia parallelum esse evincere nequeunt, nam reperiunt quidem in eo alteram litigantium partem, *Satanam*, & formulam, *Incepit te Deus!* sed longè plura in eo, multo quidem sed frustraneo conatu, quærunt; Quodsi enim ¶) ut prior classis Interpretum allegoricorum facit, per Michaëlem Archangelum apud Judam intelligent Christum, qui Angelus Jehovæ & Jehovah dicitur apud Zachariam, sibi adversas habent omnes istas rationes, quas suprà attulimus partim contrà Angelum increatum, partim pro Angelo creato; Si autem cum Classe posteriori Angelum creatum, cuius nomen proprium sit Michael, male ipso convenit cum Zachariâ, qui, ut modo dictum, v. 1. de tali Angelo Jehovah loquitur, quem mox v. 2. Jehovah ipsum adpellare potuit; neque enim per μετάληψιν (quâ brevitatis causâ unum quandoque verbum pro duobus ponitur,) aut per οὐδὲν, Angelus Jehovah hîc dicitur, quia scil. Dei partes agebat, uti GROTIUS vult ad Zach. III, 2. Sic enim per omnem S. Scripturam confusio invehetur personæ missæ & mittentis, Legati & Legatis, Servi ac Domini, ut in ejusmodi relationibus nihil certi relinquatur. (z) Si denique cum aliis ex Classe posteriori Michaëlem Archangelum faciant hominem, v. g. Serubbelem, eadem illos difficultas premit, quam modo tetigimus; Utcumque enim Legatus Dei is fuerit ac Princeps populi sui, Jehovah tamen adpellari sine sacrilegio haud potuit,

adeò-

(z) Vid. CALOVIVS in Bibl. illustr. ad h. l.

ad eoque verè in Scyllam ruunt, dum charybdim circa  
hunc locum evitare volunt.

### §. XXVIII.

;) Locus Zachariæ nil habet de Corpore Mosis; Sive enim per hoc intelligas complementum Legis Mosaicæ in Christo, sive corpus umbrarum Leviticarum, sive Populum Judaicum, sive Volumen Legis, nil horum erat materia disputationis inter Michaëlem & Diabolum; sed potius Investitura summi Sacerdotis Josue, quam impedire voluit Satan, ut contextus docet; Neque ullo idoneo Scripturæ exemplo probari potest, quidquam eorum, quod alii per corpus Mosis indigitari volunt, ullibi hoc nomine insigniri. Plenè igitur nostra facimus, quæ WIT-  
SIVS l. c. p. 484. hanc in rem solidè differit: *Vix est, ut qui Iudam de Mosis corpore loquentem audit, aliter illud, quām proprio significatu intelligat, & de Christi Sacerdotio, vel populo Israēlitico, aut Lege Mosaicā cogitet, nisi, aliunde motus & inductus, multis meditationibus simplicem dictionem vexaverit; Et quæ tandem probabilis ratio adsignari potest, cur tām obscuro sermone, & à nemine forsan mortalium per quindecim secula intellecto, uti voluerit Apostolus, & vocem σώματος alia mente usurpare, quām in omni SS. Literarum contextu habet?*

### §. XXIX.

Ceterū VITRINGA quidem obſ. SS. L. IV. C. IX.  
§. XXXV. modum ſibi reperiffe viſus eſt, quo Aſtoſolus  
Judas felicissimè in concordiam redigi poſſit cum Zacha-  
riā, ſi nimirum ſtatuatur, Judam primitū ſcripſiſſe, περὶ

τῇ Ιησῷ σώματος, de corpore Iosuæ, hodiernam verò lectio-  
nem esse à manu imperitoris Bibliographi, qui cum ni-  
hil in Scripturis memorabile legisset de corpore Iosuæ, sed  
contrà ex Historiâ S. intellexisset, quid circa corpus Mosis  
singulare accidisset, nec interea de loco Zachariæ cogita-  
ret, Iosuæ nomen in illud Mosis commutaverit. Sed do-  
leamus, Virum Doctissimum nimio ac præpostero Zacha-  
riam & Judam conciliandi studio eò abreptum fuisse, ut  
contrà omnium codicum ac versionum fidem loco nostro  
variam lectiōnem adfingeret: Tardè, inquit, & raris ca-  
sibus ed venimus, ut in Sacro textu tale quid audeamus, nec  
nisi sumimâ cum humilitate & reverentiâ, sed durum telum ne-  
cessitas id hoc in loco flagitat; At enim verò imaginaria est  
hæc necessitas; Declinare potuisset durum hoc telum,  
nisi περὶ τοῦ hoc θεοῦ animum ejus occupasset, Judam  
ex Zachariâ sua haussisse, & nil non tentandum esse, ad-  
hibitis quibuscumque mediis, etiam violentis, ut huic  
cum illo quām optimè per omnia conveniat. Quām cer-  
tum est, ait, Judam his verbis respxisse locum illum Zacha-  
riæ, tam quoque certum est, non scripsisse, Michælem dispu-  
tasse cum Diabolo de corpore Mosis. Nos assertum hoc pla-  
nè invertimus: Quām certum est, Judam scripsisse, περὶ  
τῇ Μωϋσέως σώματος, tam quoque certum est, eum aliam hic  
commemorare historiam, quām quæ apud Zachariam le-  
gitur. (aa)

## §. XXX.

(aa) Provocat etiam VITRÍNGA c. l. ad aliam vi-  
tiosam lectiōnem, in loco parall. 2. Petr. II, 13. obviām,  
ac in omnes tantum non Codices editos pridem rece-  
ptam, quando scilicet pro ἀγάπαις ibi legatur ἀπάταις  
Ac fānē fūnt 1.) Interpretes primæ caveæ, qui omnīnd  
voci ἀπάταις substituendam censeant vocem ἀγάπαις,  
e. g.

## §. XXX.

Destructis allegoricae interpretationis fundamentis  
facile jam b.) adstru poterit altera illa, quæ literæ in-  
haret.

e. g. ERASMVS Rot. ER. SCHMIDIUS, GROTIUS,  
HAMMONDVS, C. M. PFAFFIVS, VITRINGA, HOM-  
BERGIVS, aliquie, a) quia *Judas* in loco parall. ha-  
beat ἀγάπας, b) quia sic legatur in Codice Alexandrino,  
& Barberiniano l. c) quia Vulgatus, consentiente Āethio-  
pe, vertat: *in conviviis suis*, d) quia verbum οὐτεωνχε-  
μενοι, convivantes, hanc lectionem fraudere videatur;  
Sed n. a) *Jude* locus, etiam si in summâ rei nostro paral-  
lelus sit, multum tamen à nostro differt, ἀγάπας enim  
construit cum voce σπιλλες, nec ἀγάπας, quod vel ma-  
xime attendi meretur, addit pronomen αὐτῶν, sed οὐαῖ  
quin imò Judam ἀγάπας nominantem, ad quas Petrus suo  
ἀνάτρας allusit, lucem adferre voluisse hujus subobscure  
locutioni, ac Petri mentem declarare, postea docebimus.  
β) Codex Alex. hic quidem pro ἀνάτρας habet ἀγάπας,  
sed v. v. apud Judam pro ἀγάπας, quod omnes alii Codi-  
ces habent, in eo legitur ἀνάτρας, ut adeò, quod iis, qui ad  
ipsum provocant, unâ manu præbuit, alterâ rursus eri-  
piat; &, si ex eo, quod hic ἀγάπας legit pro ἀνάτρας,  
sequitur, quod rectè legerit, idem etiam dicendum erit  
de loco Ps. LXXVII, 36, ubi pariter pro ἀνάτρον has  
bet ὑγιστησ, invito textu ebræo. Accedit, Codicum  
bigæ, ad quam provocatur, opponi posse phalangem Co-  
dicum, qui ἀνάτρας habent. γ) Vulgatus, uti ex hoc loco  
αὐτῶν substitut pronomini οὐαῖ apud Judam. ἐτρας ἀγά-  
πας οὐαῖ vertens: *in epulis suis*, ita voci ἀνάτρας h. l.  
ex Juda substituit ἀγάπας, unum scil. locum ex altero  
hac ratione correcturus, cum non perspiceret, quam ami-  
cè utrique apostolo, etiam sub ipsa verborum & structu-  
re sermonis dissonantia conveniat. δ) Cum Librarii obvi-  
um magis & faciliorum quemque sensum substituere sue-  
verint



hæret, ac antiquioribus non modò Interpretibus se probavit, sed etiam recentiorum plerorumque calculum

me-  
verint obscuriori ac difficiliori, utique magis eis proclive  
erat, ἀγάπαις ponere pro ἀπαταις, quām hoc pro illo;  
ἀγάπαις enim cum συνευχέμενοι facilis conciliare poten-  
rant, quām ἀπαταις 1) pronomē reciprocum αὐτῶν ap-  
primè quadrat ἀπαταις, non verò ἀγάπαις, hæ enim non  
tām erant hominum iftorum, quām totius Ecclesie, un-  
de & factū esse existimamus, ut *vulgarus* & *ER. SCHMI-*  
*DIVS* ἀγάπαις, verterent *convivis*, quasi tūm ἀγάπαις dicta  
fuerint *omnia convivia* inter plures amicos instituta, quod  
numquām probari poterit. *TERTULLIANVS* certè in *L.*  
*adv. Gentes* haud obscurè indicat, *Agaparum* nomen  
Christianorum *convivis* *Sacris* peculiare fuisse, *Cena*, in-  
quiens, *nōstra de nomine rationem suam ostendit*, vocatur  
enim ἀγάπη, idquod dilectio penes græcos est. Has ob  
eiones 2.) cum iis nos facimus, qui receptam lectionem  
ἀπαταις tuentur, ita quidem, ut simul haud dubitant,  
Apostolum voce illa ad ἀγάπης illas, quas *Judas* nomi-  
nat, per paragramma quoddam, ut *BENGELIVS* vocat,  
allusisse, hasque datā operā ἀπαταις adpellasse, tamquām  
in quas illi quidem ἀγάπαις Christianas converterint, eo  
ferè modo, quo Paulus Phil. III, 2. περιτοιή Judæorum  
per sanctam quandam Ironiam κατατομήν vocat. Nimi-  
rūm Pseudo-Christianī istius temporis ἀγάπαις Christiano-  
rum, h. e. fraternis illis convivis πρέστις ἀπαταις, h. e. ad  
fraudes & deceptions, præcipue sexus sequoris, abusi  
sunt, ut loca docent ex *Oecumenio* & *Auctore Anonymo*  
*Catenæ Msc. Collegii oxon. novi allata in Millio & Wolfii  
Curis*. Sic sanè verba: ἐν ταῖς ἀπαταις αὐτῶν optimè co-  
herent cum verbo οὐτε φόντες; Utique enim deliciati sunt  
isti Seductores in fraudibus ac dolis suis, quatenus iis ad  
libidines suas exercendas alendasque utebantur, *convi-  
vantes* cum Christianis. *Judas* autem v. 12. Epistolæ suæ  
propterea illos ἐν ταῖς ἀγάπαις Christianorum σωλάδει,

ma-

meruit, intelligi nimirum debere *Corpus Mosis physicum* ac proprie sic dictum, & quidem exanime, neque enim dubium adhuc videri debet, an de corpore Mosis mortuo, an vivo potius sermo sit? Haud defuere, quibus & hoc materiam contentionis existere potuisse visum est, si v. g. Satanus corpus Mosis *infantis* noluerit ex aquis extrahi, quod BAXTERO, Anglo, in mentem h̄ic venit, vel idem plagis illud, ut Hiobi corpus, impetrare voluerit, quo de alii cogitarunt, e. g. IOSEVA ARNDIVS, non improbante WOLFIO in in Cur. p. 357. sed meritis h̄ac omnia conjecturis nituntur; *Corpus Mosis exanime* innui, vel id unum persuadere nobis potest, si in animum nobis revocemus, in ipsâ S. Scripturâ de corpore ejus exanimi *singulare quid narrari*, quod nulli mortalium prater ipsum contigit, nimirū illud à Deo, incognito cunctis hominibus loco, conditum fuisse, ceu expresse legitur Deut. XXXIV, 6. (bb) Certe

*maculas* esse dicit, atque sic, quod Petrus acute subinuit, aperte ac libere exprimit, scil. αγαπας, ad quas Petrus voce απατας tantum alluserat; Quippe Agaparum Christianarum *maculae* illi fuerunt, quia in απατας mutarunt αγαπας. Atque hinc jam facile potest ratio reddi, cur *Iudas* αγαπας addat pronomen υμων, vestris, Petrus autem απατας pronomen αυτοι, suis, quod GROTIUS temere è textu proscriptit, ideo tantum, quia sibi obstat videt, quo minus pro απατας legat αγαπας.

(bb) Postquam scil. in apice montis Pisgah mortuus esset secundum verbum Domini, c l. v. 5. Reliquas circumstantias mortis ejus Scriptura tacet; Curiositati vero Ju-  
daicæ debemus, quod JOSEPHVS Antiq. Jud. L. 4. sub  
fin. narrat: Cum post mutuos complexus Eleazaros & Iosue  
E 2 vale-



tè, sicut hoc ipsum, ex parte Dei, procul dubio grandes suas rationes habuit, ita, ex alterā parte, eundem hunc honorem, corpori Mosis, servi sui, à Deo exhibitum, Diaboli invidiam provocasse, pariter nullum est dubium; Cum itaque Deus, ringente licet Satanā, ministerio Archangeli Michaelis (cc), ut verisimile est, uteretur in clandestinā Mosis sepulturā, idē fortè, ne vel Israēlitæ vel alii tanti Prophetæ reliquis, sive ad idolatriam, sive ad necromantiam (dd), aliasque superstitiones magicas abuterentur, Satanam contra illud impedire, hoc autem aëtu ipso obtinere voluisse, &c, cùm non posset, conviciis in Deum & Archangelum sœviisse, admodum probabile est. Disceptatio certe fuit inter Archangelum & Diabolum, etiamsi definire haud queamus, quid intenderit propriè partim Deus, occultatione corporis Mosis, partim Diabolus eo, quod illi se opposuit? Num hic, ut modò dictum, latere noluerit sanctas hasce reliquias, ut occasio essent Israēlitis Idololatriæ seu necromantiae, quod plurimis placet? num, exaggeratis coram

valedixisset, & cum illis adhuc loqueretur, repentina nube circumdatus, in vallem quandam raptus & inconspicuus factus est.

(cc) Verba textis Deut. XXXIV, 6. excludunt quidem ministerium bonitum, dicitur enim bis ignotum mansisse Mosis sepulcrum, sed non ministerium angelorum; Ex his verò Deum speciatim Michaelis Archangeli opera usum esse, non sine maximâ veri specie colligitur ex loco Judæ.

(dd) Istā aetate vicinis gentibus familiarem, Deut. XVIII, 11. à quibus ad Judæos quoque transiit, 1. Sam. XXVIII, 7. sqq.

tribunali divino hujus Viri peccatis, postulaverit, ut, anima ejus Ccelo exclusa, corpus ejus ipsi in prædam cederet, ad exercendam in eo omnem saevitiam suam? num denique resuscitationem ejus impedire voluerit, uti  
B. BENELIVS cum nostratum multis suspicatur (ee)? tuto ignoramus; Sufficit, vere ac proprie aliquando contigisse, quod Judas hic commemorat, certamen de corpore Mosis, id quod tueri nos jubent rationes sequentes:

§. XXXI.

(α) Immunis est haec sententia à difficultatibus, quæ allegoricam Diæti nostri interpretationem prenumt, & fundata est in nativâ vocum potestate, adeoque suâ se simplicitate commendat. (β) Quamvis de ipso Certamine super Corpore Mosis defuncti nil in Codice sacro legamus, legimus tamen, quod causa illius seu occasio esse poterat, Deut. XXXIV. γ) hanc historiam è Traditione veteri Judæis omnibus, indeque etiam conversis, notam fuisse, atque ut notam illis à Juda heic supponi, (η) recte colligitur ex verbo ὑπομνήσαι v. 5. Ep. Judæ, quod sane, uti ad omnia exempla haec tenus exaltata v. 5, 6; 7. sic ad hoc quoque referendum est (ff). η) Fidem superat, apostolum, id h. l. omni studio agentem, ut turpitudinem

(ee) Nuspianum certe Scriptura eum resurrexisse negat, aut quidquam docet, quod conjecturæ huic adversum esset, sed ea potius alicubi tradit, quæ eandem maxime reddunt verisimilem; vid. Matth. XVII, 3.

(ff) Urget hoc verbum etiam GVL. SVRENHVSIVS in Bißla κατεχθαγῆς p. 702. in fine.



nem hæreticorum sui temporis perspicue demonstraret, historiae prorsus ignotæ prima solùm capita brevissimis tangere, & ex hæc obscurâ enarratione nihilominus argumentum magni momenti adversus hostes veritatis ducre; Ipsa igitur brevitas narrationis, cui tamen grande adèò consecutarium superstruit, argumento est, eum rei non plane ignaris ita scripsisse. Quium verò his, ut supra docuimus, è *Zachariâ*, simile quidem sed non idem narrante, haud potuerit nota esse illa historia, nil superstest, quām ut eam credamus haustam esse vel è Libro quodam Veteri, licet apocrypho, vel è Traditione, non vagâ illâ quidem, sed per Catechesin Veterum in Ecclesiâ Judaicâ propagatâ.

### §. XXXII.

Ad illum fontem recurrit **GROTIUS**, provocans ad librum quendam, *פְּשׁוּרָת מֹשֶׁה Decessus Mosis*, Græcè *Ανάληψις Μωσίως* dictum, cuius etiam **ORIGENES** & **EPIPHANIUS** mentionem faciant, nec non ad alium quendam sub tit. *מִשְׁנַת חֲמִסָּת שֶׁל מֹשֶׁה* verba dierum, seu *Chronicon, Mosis*, de quo tamen ipse **ABEN ESRA** dicit, vana esse, quæ in eo existent, omnia. **LVD. CAPELLOVS**, **SURENHUSIYS**, aliquie è libro antiquissimo, *Rabboth diæto*, qui plurimas allegoricas & mysticas explanationes in Pentateuchum continet, prolixam in medium adferunt fabulam de *disceptatione Sammaëlis & Michaëlis* super animâ & vitâ Mosis, quam potiora historiæ abs Judâ enarratae capita complecti negari nequit, licet etiam plura peregrina admixta habeat; Enimvero recte alienum ab hoc fonte animum profitentur **CALOVVS** & **WITSIVS**, partim, quia probari nequit, id genus scripta

scripta jam Apostolorum ætate extitisse, & longe credibilius est, illa hæc inferiora esse, partim quia cum nicala veri, quæ libris istis forte inerat, necessariò multa simul fabulosa ex iis hausissent Judæi, quæ refutare prius, aut Christianos saltem de iis caute legendis monere debuisset Judas, antequam adprobaret suo calculo, quod ex illis didicerant.

VIII  
§. XXXIII.

Praestat igitur, ex altero fonte, scil. ex Traditione notitiam hujus rei apud Judæos repetere; Quamquam enim sint, qui largiantur, lectoribus hujus Epistolæ plane ignotam fuisse hanc historiam, antequam Judas eam revelaret, qui & ipse nonnisi ex immediata revelatione ac inspiratione divinâ illam habuerit, ut CALOVIVS in Bibl. ill. ad b. l. WOLFIVS in Curiis, CARPOZOVIVS in Crit. S. p. 857. minus tamen id nobis verisimile videtur, ex eo, quod omnino Judas aliquam rei notitiam supponere videtur apud Christianos Ex Judæos, ut supra ostensum fuit; Plane igitur consentientes nos habet laud. WITSIVS, quando cit. loc. p. 484. seq. scribit: *Nihil vetat credere, manesse hanc historiam in memorâ Israëlitarum ex κατηχήσει Veterum, quæ longinquâ traditione ad apostolorum ætatem pervenerit: eam autem traditionem erroneam non esse, Spiritus S. instinctu didicisse ac docuisse Iudam; quod eò minus mirum videri debet, quium non aliunde illam Henochi prophetiam habeat, quam promittit v. 14.* — — Atque ex hæc ipsâ traditione suam fortassis originem traxere fabulose istæ Hebræorum narrationes — uti fictionibus solet involvi veritas. Distinguamus ergo traditionem genuinam, puram, per catechesin in Ecclesiâ oraliter propagatam, à vagâ, successu temporis fabulis conspurcatâ, ac proinde ab Ecclesiâ



Ecclesia namquam communis consensu agnita, & tutissime illi poterimus adscribere notitiam Judæorum de hoc certamine angelico; Sufficit, ipsam historiam nunc θεωρευσον & canonicam esse, postquam Judas sus illam Epistolæ inseruit.

### §. XXXIV.

III.)<sup>tum</sup> momentum in Dicto nostro Apostolico, idque scopum J. dæ proxime attingens, concernit modi-  
stiam, quâ usus est Archangelus in certamine cum Dia-  
bolo. Testantur illam verbū: ἐκ ἑτόλυπτος κρίσιν ἐπενεγκέν  
βλασφημίας, ἀλλ' ἐπει Ἐπιτιμάται σοι Κύριος. Adeoque  
Archangelus 1.) abstinuit a Judicio condemnationis Dia-  
bolo cum conviciis seu maledictis inferendo, contrâ au-  
tem 2.) Domino commisit Judicium; Quoad primum  
probe notanda est A) phrasis: ἐκ ἑτόλυπτος quæ proprie  
significat: non ausus est, hoc vero cum ii, quibus Michael  
est Christus, ministris in hunc quadrare cernerent, mitius  
illud exprimere conati sunt per: non sustinuit, in animum  
non induxit, displicuit ei, non consultum duxit, v. g. GA-  
TAKERVS in Polo ad b. l. aliquie, à WOLFIO in Cur.  
ad b. l. p. 358. seq. nominati (hh); Provocant hoc fine  
tām

(gg) BLACKWALLVS in Clas. SS. p. 241. f. pariter mi-  
tiorem verbi ἑτόλυπτος notionem preferendam censet, non  
tamen ex eâ ratione, quia Michaël sit Christus, in hunc  
vero rigidior ejus notio haud quadret, nam Archange-  
lus h. l. ipse est angelus *creatus*, sed quia melior omni-  
no sit ea versio, quæ non metum aliquem, sed sapien-  
tiā & nobile quoddam fastidium, à linguā maledicā,  
omnibus-

tam ad Scriptores græcos profanos, quorum loca videantur apud Auctores citatos, quam ad loca quædam N. T. Rom. V, 7. XV, 18. Sed illa quidem, si curatius inspiciantur, partim aliena sunt, quum scilicet ab usu verbi τλημι seu τλάω, quod suffinere significat, argumentantur ad usum verbi τολμαῖν, partim significatum audendi commodissime admittunt, quod posterius vel maxime etiam valet de locis e N. T. in subsidium vocatis, cum absque controversia audacia sit, vita periculo ac morti ipsi se objicere, & revera nimium ausus fuisset Paulus, si quidquam Christo per eum non operante, locutus esset. Deinde contextus ipse interpretationem mitiorem plane respuit, partim, quia mox diserte additur, Archangelum Deo judicium permisisse, adeoque vere audacia fuisset, condemnatione suâ & conviciis illud antevertere, partim, quia versu seq. Angelo & τολμήσωται opponuntur tales, qui ausi sunt facere, quod ille non est ausus, τολμηται, & τρέμοντες βλασφημῶν, ceu Petrus in loco parallelo id exprimit.

LUTHERVS vertit: durfte nicht, quod verbum h. l. non æquipollit τῷ licere, sed τῷ audere, quum quis scil. aliquid facere præsumit, quasi liceat, quod tamen licitum non est, vid. 1. Cor. VI, I. Si jam porrò quæras, cur non ausus sit Archangelus? recte respondeatur: non id in causa fuisse, quod male sibi metuerit à Diabolo, licet TIL-

LOL

omnibusque verbis, quæ ullam conviciandi speciem præferunt, neque alias ob rationes decent, abstinendi, archangelo vendicati. At vero inanis est hic BLACKWALLI metus, ne, premendo verbum ἐτίλησος, Michaëli aliquid tribuatur, Archangelo indignum. Metus profecto seu reverentia Dei, Supremi Jūdicis, vel maxime illum decebat; Eundem verbo à potentia Satanæ sibi metuisse, suprà ipsi met inficiati fumus.

F



LOTSONIUS, *Anglus*, tale quid suspicatus sit, teste DODDRIDGIO in *Paraphraſi germanice* versā, ad *Judea v. 9. notā i.*) Quis enim dubitet, Archangelum partim propriam, partim Dei Potentiam, quam sibi in auxilium paratissimam novit, ab omni metu securum præstisſe? vera potius ratio hæc erat, quod omnia decorè agere volebat, in Reservata Dei, Supremi Judicis, non involare, Diabolo se diffimillimum demonstrare, adeoque modestiā magis eum vincere, quam convicia conviciis rependere.

### §. XXXV.

Β) κρίσις βλασφημίας apud Judam idem dicit, quod κρίσις βλάσφημος apud Petrum; κρίσις enim notat *judicium condemnationis* (hh). Epitheton βλάσφημος verò & genitus βλασφημίας connotat *convicia*, seu *maledicta*, *judicio condemnationis juncta*. Conf. quae §. XII. dicta sunt. Ἐπιφέρειν τι τινι, plerumque in malam partem accipi, PRI-CAEVS observat ad h. I. idque etiam docent loca, abs RAPHELIO, ex Herodoto, Polybio & Herodiano, ad Aet. XXV, 18. & nostrum hunc locum, adducta; Heic certe ἐπιφέρειν τινι (nam subaudiendum est ex antecedentibus τῷ διαβόλῳ) aequipollent τῷ φέρειν κατά τινος, ferre adversus aliquem, 2. Petr. II, 10. Quando itaque h. I. dicitur,

(hh) De variâ potestate vocabuli κρίσις vid. ER. SCHMIDIVS in *Annot. ad N. T. p. 736.* GRO TIO κρίσις βλάσφημος seu βλασφημίας est *ultio*, quam quis sibi fumit maledicendo; ac sancē LXX. Ebraeum οὐρα, ultio, per κρίσις vertunt Prov. VI, 34. Esai. XXXIV, 8. XXXV, 4. Sed minus hæc notio quadrat in verbum φέρειν & ἐπιφέρειν, nec in N. T. illa in usu est. Melius congruit notio *sententiae judicialis*, unde VLENBERGIVS, LUTHERVS, PISCATOR, REIZIVS & BELGAE vertunt: Urtheil.

citur, non ausum esse Michaëlem Archangelum, κεῖσθαι ἐπενεγκαῖνον βλασφημίας τῷ διαβόλῳ, sensus hic est, Eum sibi met ipsi audaciam id interpretatum esse, h. e. audax facinus, quo limites potestatis à Deo sibi concessae migret, ac in iura majestatica Dei Supremi Judicis involet, si in Dabolum, licet vere nullas non diras meritum, coram Deo, (παρὰ νυνέων, ut Petrus habet) sententiam condemnationis ferret, atque maledicta ejus maledictis retunderet, ideoque Dei, cuius est condemnare & maledicere, præsentiam re veritum, à condemnando & maledicendo abstinuisse.

## §. XXXVI.

Uti verò Archangelus κεῖσθαι sibi met ipse non sumvit, ita 2.) illam Dei commisit; Αλλ' ἔπειτα, inquit apostolus, ἐπιτιμῶσι τοι κύριος observetur A) post ἀλλαγὴν subaudiendum esse μόνον, sed hoc tantummodo dixit; Solet enim hæc particula exclusiva tam à sacris quam ab externis Scriptoribus omitti, quando sensus eam requirit, & subintelligi jubet. B) Is, cui judicium commisit, est κύριος, quæ adpellatio responderet ebrææ την Zach. III, 2. ubi LXX. pariter habent κύριος Ipse etiam Michael, tamquam Archangelus, erat κυριότης, sed non κύριος antonomastice talis, multò minus Jeboval. C) Ebræum γύριον est futurum optative intelligendum, uti contrà in græco optativus ἐπιτιμῶσι non excludit futurum; norat enim Archangelus, Deum id certò facturum. Verbum γύριον LXX. tantum non ubique vertunt per ἐπιτιμᾶν, etiam illis in locis, ubi non construitur cum præpositione εἰς, quo in casu alijs BVXTORFIJS post Aben-Esram putat, vertendum esse, disperdidit, v.g. Ps. IX, 6. CXIX., 21. (ii)

Hoc

(ii) Quod discrimen tamen aliis non videtur attendendum esse; vid. GEIERS & BYRKIUS ad citata Psalmorum loca.

F 2



Hoc certe loco , & alibi , verba hæc , de Deo usurpata , non correptionem seu objurgationem verbalem tantum , ut v. g. Gen. XXXVII , 10. sed vel maxime realem & cum effectu conjunctam denotat ; *Dominus te increpet !* idem hic est , ac si dictum esset : *Deus te importunum ac iniquum accusatorem ad silentium redigat , à tribunali suo severe depellat , atque , ne posthac interpellas , compescat , coercent !* (kk). Ceterum D) hic ipse consensus Judæ cum Zachariâ in unâ eâdemque formulâ imprecandi iis ad stipulari vetat , qui nihilominus hanc formulam non respicere credunt locum Zachariæ , sed alia potius V. T. loca , quæ *impurations* divinas continent , e. g. Psalm. IX , 6. XVIII , 16. LXVIII , 31. &c. Nimirum ut Interpretes saepè studio evitandi unum extremum abripi sese patiuntur in alterum , ita hi omnem Judæ ad Prophetam respectum sibi penitus negandum esse existimant , ne alii concessum sibi qualemcumque respectum , ultrà quam par est , extendant ; Nos non videmus , quare difficiles nos præbere debeamus in concedendo aliquo respectu ad verba Zachariæ , cum ex consensu unius cuiusdam phraseos seu formulæ in utroque loco nondum sequatur *identitas* rei quæ utrimque narratur . Si multum largiamur , concedere possimus cum WITSIO c. I. p. 485. (verbis tamen illius paululum ad nostram sententiam inflexis) *quod , cum non solum dicta Dei , sed & acta ejus , sapienti analogia sibi invicem*

re-

(kk) LUTHERVS tom. 4. Jen. Germ. fol. 256. emphasis verbi sic exprimit : Gottes Schelten ist so viel als dem Teufel wehren , und abschrecken , dass er sein Fürnehmen durch Gottes Gewalt mus lassen , deinde verò cum hac imprecatione confert votum Pauli Rom. XVI , 20. Addi etiam potest locus Apoc. XII , 9. 10. - 16191 - 16192

respondeant, non absurdum cogitatu sit, voluisse Deum in restauratione politiae Israëlis, post redditum ex Captivitate Babylonica, Iosuæ Sacerdoti (vel Zachariae potius) visionem aliquam exhibere, in quâ replicatio analogica esset rei antiquissime circa ejusdem politiae primordia gestæ; Neque tamen propter ea necesse est, ut idem utrinque fuerit contendendum par, idem contentionis argumentum.

## §. XXXVII.

Supereft IV.)<sup>tum</sup> momentum tractationis nostræ: num exemplum hoc probet, quod probandum erat? scil. indignitatem facti, de quo antea locutus erat, cum perversos suæ ætatis homines dominationem contemnere & dignitates blasphemare diceret. Uterque Apostolus, si nostrâ stare liceat sententiâ, in eo est, ut Christianis sui temporis ad animum revocer, quâm detestabile crimen sit, Magistratus politicos, à Deo constitutos, eosque etiam ethnicos, ac potentiam suâ abutentes, (talibus enim tûm suberant Christiani) sub prætextu libertatis christianæ, aspernari, & maledictis incessere; Jam id ipsum *Apostolus Petrus* sic probat: Angeli, robore ac potentia omnibus Magistratibus hujus mundi majores, non tamen, ubi ipsis certamen est cum illis, judicium sibi in eos arrogant, iisdemque maledicunt; Quanto minis igitur homines id facere præsumant erga Magistratus stios, robore ac potentia ipsis longè superiores, & quibus Deus illos subjecit? *Judas* verò, qui præsentes jam cernebat, quos Petrus venturos prædixerat, ob hanc ipsam rationem argumentum Petrinum fortius stringit, ac ne *Archangelum* quidem, vel tum, quando ei cum ipso Diabolo, non saltem cum Magistratibus Mundi, certamen erat, tale quid *aufsum* fuisse asserit. Uterque argumentatur per *תְּנִינַת הָבָרֶה*, ut Ebrai

Ebræi dicunt, h. e. per illationem à majori ad minus, & utrumque argumentum, in unum fusum, huc redit: Si ne *Angeli* quidem erga homines in dignitate positos tale quid audent, imò nec *Archangelus bonus* erga *Archangelum malum*, quām quælo indignum, quām abominabile est, homines talia audere adversus homines divinam majestatem in terris quodammodo repræsentantes? Quis in hoc rationcio vim probandi desideret?

### §. XXXVIII.

Differimus hucusque de ipso facto indignissimo §. VII. XII. & de indignitate facti §. XIII. XXXVII. nunc & de funesto ejus eventu quædam subjungenda sunt, è v. 12. ac initio v. 13. apud Petrum, & è v. 11. apud *Judam*. Deprehendimus his in verbis 1.) exaggerationem *culpæ*, 2.) denunciationem *pœnae*. 1.) *Culpa* exaggeratur per id, quod de ipsis hominibus dicitur, eos, tamquam animantia ratione destituta, naturalia, nata in capturam & corruptionem, ea, quæ ignorant, blasphemare. Annotabimus nonnulla ad singula utriusque loci verba: Pronomen demonstrativum *τοι* respicit prædicata commatis 10. κυριότητος - Βλασφημίας; Ad particulam comparandi observamus, ad ima hic descendere Petrum in redarguendis Seductoribus sui temporis; Comparaverat illos angelis lapsis v. 4. hominibus diluvio mortis v. 5. & Sodomitis, v. 6. nunc planè infrà naturam humanam eos deprimit, per comparisonem cum animantibus britis; ἄλογα ζῷα dum vocat, BOCHARTVS quidem in *Heroz.* L. I. C. 2. ἄλογα vertit muta, sed hoc si voluisse Petrus, dixisset ἄφωνα, ut v. 16. conf. textus græcus Sap. XI, 16. ubi ἄλογος bis significat irrationalis; Epitheton φυσικὰ quorsum referri debeat, dubium est; Sunt a) qui referunt ad verbum sequens, γεγενημένα, quasi φυσικὰ dictum esset

esset pro φυσικᾶς seu φύσει, naturaliter seu à naturâ facta  
sive genita in capturam & perniciem; Sed dura est & in-  
solens locutio, φυσικὰ γεγενημένα pro φυσικᾶς seu φύσει  
γεγενημένα. Unde & GROTIUS putavit, Vulgatum in  
suo Exemplari legisse φύσει, fingens hoc modo variam le-  
ctionem, cuius nullum in ullo Codice vestigium; ERAS-  
MVS contrà suspicatus est, γεγενημένα ex albo libri in  
textum irrepsisse, Petrum verò simpliciter scripsisse, φυ-  
σικὰ εἰς ἀλωτοὺς naturalia ad capturam, h. e. nata in captur-  
ram; Verū quis sibi persuadeat, φυσικὰ idem esse quod  
nata, seu à naturâ facta? Vulgatus quidem γεγενημένα in  
versione suā omisit, deest etiam hoc participium in Codice  
Steph. η, sed omnes reliqui id habent, & Alexandrinum  
quoque id habuisse testatur rasura, quæ, ubi exstare  
debeat, observatur, unde mireris, WOLFIUM in Cur-  
duos numerare Codices. Rectius itaque b) epitheton,  
φυσικά, referimus ad ἀλογα λόα, ut, quemadmodum  
prius epitheton, ἀλογα, notat animalia rationis expertia,  
ita hoc, per ἀσύδετον adjectum, eam brutorum qualita-  
tem designet, quā non ratione dicuntur, sed sola naturâ,  
seu naturalibus motibus ac concupiscentiis, planè pendula  
ab imperio sensuum (11); Utī Judæ v. 19. ψυχικὸι di-  
cuntur, quos anima mera, sine Spiritu, animat, ceu BEN-  
GELIVS in Gn. ad h. l. scitè ait, ita hoc loco, φυσικά,  
denotat animantia, nature suæ planè relicta, & præter  
illam omni principio nobiliori defituta. Γεγενημένα, h. e.  
nata, & à Creatore destinata, εἰς ἀλωτοὺς καὶ φθορὰν, in  
culturam & corruptionem, HAMMONDVIS activè interpre-  
tatur, nata ad capiendum & perdendum, instar animalium  
rapa-

(11) REIZIVS vertit: die (nur) natürlich, & BELGÆ:  
die de Nature volgen.



rapacium, quæ in aliorum perniciem intenta sunt, consentiente etiam versione vernacula CASP. VLENBERGII, A. 1630. primum vulgatâ, & 1666. correctius editâ, quæ Romanensium manibus teritur, ita enim hæc habet: welche von Natur zu fahen und zu verderben geneigt sind. Sed meritò istum redarguit CLERICVS ex ultimâ voce commatis, ubi ideo dicuntur καταφθαρίσθαι, quia instar animalium sint, à naturâ destinatorum, ut plantur ab hominibus & interficiantur.

### §. XXXIX.

Jam sequuntur verba, quæ vel maximè culpam exaggerant: εἰ διε ἀγνοεῖτε βλασφημάτε· seu ut Judas habet, ἔστι μὲν ἐκ ὕδατος, βλασφημάτων. Cum utrumque verbum ἀγνοεῖν & βλασφημᾶν cum simplici accusativo construi soleat, quæri solet, cur Petrus pro ἡ vel ὅτι ponat εἰ διε, GROTIUS ait, dictum hoc esse pro εἰ ἡ, sed neque ἀγνοεῖν neque βλασφημᾶν construitur cum præpos. εἰς, & is ipse locus, quem GROTIUS citat, habet simpliciter accusativum εἰς. Alii εἰ per hebraismum possumus putant ad modum præfixi εἰ, quod sàpè valeat contrà, v. g. Num. XII, 1. verùm & hæc constructio verbi βλασφημᾶν exempli caret; alii εἰ valere hic censem περὶ, quod Isocrates cum verbo βλασφημᾶν construat, sed dubitamus, an exemplum proferri queat adhibitæ præpos. εἰ loco περὶ. Tuttissimum est, εἰ διε referre ad verbum proximum ἀγνοεῖτε, hocque verbum intransitivè ac neutraliter accipere pro: ignorantem esse, unwisend seyn, hoc sensu: blasphemant ea, in quibus ignorantest sunt; ita sanè τὸ ἀγνοεῖν usurpatur 1. Cor. XIV, 38. 1. Tim. I, 13. Ebr. V, 2. Ceterū conferantur hæc, quæ §. X. dicta sunt.

### §. XL.

## §. XL.

Pœna defrunciatio habetur in verbis Petri: *in tñ φθο-*  
*ρῆ ἀντῶν καταφθαρίσονται, κομιζένεις μιθὸν αἰδίνεις.* & *ſu-*  
*da:* *ὅτα δὲ Φυσικός, ὡς τὸ ἀλγήτα ζῶα, ἐπίσανται, ἐν τοῖς*  
*φθείρονται.* Quod I.) ad Petri verba attinet, A) φθορᾶ  
 pertinet ad culpam, καταφθαρίσονται ad pœnam; *Ἐν τῷ φθο-*  
*ρῷ ἀντῶν καταφθαρίσονται* idem est, ac si dictum esset: φθεί-  
 ρονται εἰστες καταφθαρίσονται, h. e. perditissimis suis ac cor-  
 ruptissimis moribus extremam sibi pernicie accercent, nam compositum καταφθαρίσονται eandem habet emphasin,  
 quam Latinorum male perire, i. e. omni modo, ac in per-  
 petuum. BENGELIVS nervosè ita rem exprimit: *in cor-*  
*ruptione ſuā planè corrumpentur: Pernicies iniquitatis iuftam ha-*  
*bei mercedem, plenam pernicie miseria.* Unde & B) mox in  
 textu sequitur: *κομιζένεις μιθὸν αἰδίνεις.* qua verba cum  
 præcedentibus intimè cohærent, ut suprà §. V. jam monui-  
 mus. *Αἰδίνεις* respicit φθορὰν, & *μιθὸν* respicit τὸ καταφθα-  
 ρίσονται, adeoque culpa culpam, & pœna pœnam; *αἰδίνεις* hic,  
 ut GROTIUS bene annotat, *vitam extra leges* significat, conf. *αἰδίνεις* v. 9. *VOX μιθὸς* indicat pœnam una cum iuftitia  
 ejus, est enim illa merces quasi iustitiae debita, & quia pro  
 mercede laboratur, simul innuitur, quam operose homi-  
 nes perniciem suam querant, quod ipsum Apostolus etiam  
 v. 1. huj. cap. docere voluit phrasí: *ἐπάγοντες εἰστοῖς ταχὺν*  
*αἰτώλιαν.* Verbum *κομιζένεις* propriè significat, accipere ali-  
 quid loco *mercedis*, remque ita datam auferre; Sapissime  
 usurpatur in sensu latabili de *præmio*, ut i. Ep. Petri C. I. 9.  
 V. 4. Eph. VI. 8. Ebr. X. 36. XI. 39. quandoque in sensu  
 tristis de pœna Col. III. 25. Et hoc loco, aliquando etiam *indif-*  
 ferenter ad utrumque 2. Cor. V. 10. Cum itaque notio-  
 nem *mercedis* involvat, quæ cuique pro eâ laboranti *optabi-*  
 lis est, hoc simul subindicatur, peccatores *lata omnia* sibi  
 aliiis

G



aliisque polliceri ex servitute peccati v. 19. huj. cap. donec  
in fine se miserrimè deceptos sentiant, Rom. VI, 21.

### S. XLI.

Restant adhuc 2.) quæ *Judas* differit de funesto even-  
tu, qui Impios antè à se descriptos maneat. Transsumit  
nonnulla è priori hemistichio Petri in suum posterius, eos  
que in iis, quæ naturaliter, tamquam animantia bruta sciant,  
miserè perituros esse testatur; Sunt, qui hæc ad culpam magis  
referant, quasi diceretur, eos turpissimè abuti, atque sic  
magis magisque corrumpi iis, quæ naturali suâ cognoscen-  
di facultate cognoscant, & quæ naturali instinctu appre-  
tant, quâ ratione impuritatem istorum hominum ac effre-  
natam libidinem hæc respicent, sed locus parallelus  
2. Petr. II, 12. docet, τὸ φειγοντα ad poenam pertinere.  
Hoc propriè vult Apostolus, homines istos, omni verâ,  
spirituali & salutiferâ cognitione destitutos, imò spiritualia,  
quæ non noverint, blasphemantes, naturaliter qui-  
dem aliqua scire, h. e. ut BENGELIVS paucis multa di-  
cit, per facultates naturales, de rebus naturalibus, mo-  
do cognoscendi naturali & appetitu naturali, sed in hoc  
reverâ nihil meliores esse animantibus brutis, quæ pa-  
riter multa naturaliter sciant, cùm hoc non obstante,  
imò per id ipsum, quod naturaliter sciant, ipsi sibi per-  
niciem accersant. Pertinet huc quoque particula ση &  
verbū αἰώλοτο versu seq.

### T A N T V M.



01 A 6554



vd18

R



**Farbkarte #13**



B.I.G.

DISSERTATIO PHILOLOGICO-CRITICA

QVA

LOCA NOVI TESTAMENTI

II. EP. PETRI C. II, V. 9 - 13.

ET

EP. IVDAE V. 8 - 10.

PER CONTINVAM Ανάρχιστην ET Σύγχριστην  
EXPENDVNTVR.

HANC

DEO CLEMENTER ANNVENTE

PRAESIDE

**IMMANVEL HOFFMANN,**

LINGVAE GRAECAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO,  
ET DVCALIS SEMINARII THEOLOGICI  
EPHORO,

PRO OBTINENDO GRADV MAGISTERII  
DIE SEPT. MDCLXII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM AESTIVO

PVBLINE DEFENDET

IOANNES FRIDERICVS WOLF, *Rietbenfis.*  
SERENISSIMI STIPENDIARIVS ET MAGISTERII  
PHILOSOPHICI CANDIDATVS.

TVBINGAE  
LITTERIS ERHARDIANIS.

